(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ms 128

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

מקדש ישראל

seu

De Toletano Hebræorum Templo

AD

Illustriss. Dom. & Mult. Rever.

Patrem

Franciscum de Ravago

S. Jesu.

Catholico Hyspaniarum Regi

à confessionibus

&.ª

BIBLIOTECA PÚBLICA DE PALENCIA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ILLVSTRISS. DOMINO

D. LAZARO Patri FRANCISCO

DE RAVAGO S. J.

Philippo Hispaniarum Regi

a Confessionibus &c. &c.

SPERANDO QVIDEM

magnis, et ardua ratio (quæ dis-

cursum transcendit) absconde-

rit cognita, atque perspecta est

Salomoni. Domine, ait, mentem

servi tui Patrem, qui quamvis

Deum vitæ, et Dominum

patrimonii sui Rationem,

(meam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ILLUSTRISS. DOMINO

& M.R. Patri FRANCISCO DE RAVAGO. S.J.

Catholico Hispaniarum Regi à Confessionibus &c. &c. &c.

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TOLEDO

QUANDO QUIDEM negotij nostri ratio (qualiscumque tandem ea sit) abundè Tibi cognita, atque perspecta est, illustrissime Domine, ac multum Reverende Pater: otij quoque rationem vtro reddere meorum omninò partium fore existimavi, (nam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nam Fullio teste non hujus minùs
quam illius fuctum aliquem extare
oportet. Neque vero inexquieto, qualis
naturâ comparatus sum, animo ac de-
ses otium quavis fele acerbius asti-
manti, quæ à statis superexerant horis
indpciarix quieti subtrahexe, atque
in amoenioribus studijs collocare la-
borioſum illatenùs fuit, immò è con-
trario iucundiſsimum ac planè tem-
pestivum animi laxamentum; Cùm
autem quæ vſquè Foleti conspiciun-
tur erudito antiquitatis vestigia per-
lustraſsem, atque in illud quod Pe-
tri quondam Castellæ Regis indul-
gen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gentiâ ab Hebræis in sacros eorun
dem usûs Templum â cæmentis exec-
tum fuit forsitò incidissem: pul-
chrum id, nec Instituti tantùm mei
rationi, sed decretæ quoque mihi
Provintiæ consentaneum visum est
argumentum, in quo subcesivis horis
explicando, aut saltem eruditorum ocu-
lis subjiciendo, quid tandem ingeni-
um posset meum periclitarer; Nec
sanè iniuriâ: sunt etenim in eo præ-
ter miram operis elegantiam & nito-
rem situm etiam partiumque Tem-
pli distributionem Hierosolymitano â
Salomone extructo, quamvis mi-

(no-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

noxe formâ ad amussim xesponden-
tium: praeter multiplices quæ ubi-
vis occurrunt ex Davidicis laudi-
bus, Canticis Exodi et Paralipome-
non libris quæ Judaïcos ritûs et
cerimonias spectant, alia insuper
multa quæ nostratium xerum
Historia lucem aliquam afferre pos-
sunt, nitidam illam quidèm nec
facilè aliundè mutuandam: In
eo namque Templi muro, qui
extrinsecùs orientali plagæ ob-
versus est, quaterna ab interio-
ri facie conspiciuntur axea gen-
tilitio Castellæ et Legionis Re-

(gum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gum clypeo subpositæ, quarum binæ
inferiores, eædemque maximæ, duo-
denis prosâ oratione, superiores ve-
xò senis Hebraïcis versibus ad rhyth-
mi, metricesque leges optatis cons-
tant, queïs præter ædium initia-
tionem, rationemque universi ope-
ris, auctorisque ejus; elogium
miseræ memoriæ Petri Cas-
tellæ Regis, annus insuper con-
tinetur, quo Templum perfec-
tum atque absolutum fuit. Cas
autem areas, ubi primùm Tem-
plum ingressus sum, obviam con-
tinuò mihi factas, quasi è mu-

(xo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

xo prosiluissent in occursum proces-
sus, dùm cominus aspicis lace-
xas, ac malè deformatas, bonaq.
sui parte mutilas, nedum quòd
solo propiores atque injuriæ op-
portuniores sint, sed malo humec-
tantis, et nitrosi parietis vitio:
non potui non vehementer dolere,
atque Hispano Genio subirasci, quod
nè huic quidem Hebraïcæ Gentis
monumento in vsum forsan nostra-
tium, id est domesticorum fidei, fu-
turo pepercisset. Accessit et illud
quod cum antè paucos annos Tem-
plum (Beatissimæ nunc Virgini
(Ma-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Maria purgato veteri fermento
sacrum) dealbandum ac poliendum
fuisset, rudis atque imperita arti-
ficis manus in areas miserè desæ-
vijt, et penè extremam eis cladem in-
tulit: etenim crassissimâ calce ob-
ductas, et, quamquam litteræ non-
nihil è muri superficie prominerent,
eidem coæquatas incrustavit et
complanavit, neque id tantum,
Sed quæ vario pridem colore dis-
tinctæ fuerant, unicolores reddi-
dit, calceque gypsi humorem ab-
sumente ità fungosas ut si scal-
prum, aut tale quidpiam eisdem

(cru-

(c)2006 Ministerio de Cultura

exuendis vel leviſsimè admovenis
in pulverem continuò abeant.
Nihil tamen his, neque
crebris Franciſci Palomarij Senonis (quo vſus comite et adjutore
perpetuo ſum) dehortationibus per-
motus desperatam rem fore affir-
mantis, eam cum Bono Deo ag-
greſsus fui, nec prius quàm quid
quid inibi litterarum erat omni-
nò exuerem, atque in adverſa-
ria referrem ab incepto deſtiti.
Qua in re (nam in earumdem
interpretatione non vſque
adeò allaborandum fuit) quan-
(tum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tum mihi tædij menses inter-
gros devorandum fuerit, binas,
ternas interdùm, et eò ampliùs ho-
ras lineæ scalæ concredito, et tan-
tum non pendulo quas illò trusi
entium de ea re conjecturas quas
otiosorum hominum de Thesauris,
atque incantationibus fabulas, quæ
tandem commata quos cachinnos,
tacitus, interdùm et arridenti si-
milis, inaudierim Tibi, qui rud-
gi nostri barbariem, et plusquam
novercale Hispanorum in He-
bræos odium apprimè nôsti, ju-
ditium permitto. Unum non tace-

(am

(c) 2006 Ministerio de Cultura

am, si quod feruente iam opere incommodi consequutum fuit, illud animo praecepissem, hoc fortas-sis abjecto aliam mihi Spartam ut-cumque exornandam proposuissem.

Quidquid autem id sit, Illustriss.me Dom. ac Mult. Rev. Pater, Tibi non meo magis quam totius Literariæ Hispanorum Reip. Patrono optimo ac Benemerentissimo inscribere visum fuit, cujus potissimùm auspicijs novos in dies per Hispaniam Universam Sapientium virorum delectûs agi videmus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mus, florem ingeniorum describi ac decuriari: alios scilicet ut è vetustissimis Cathedralium Ecclesiarum, Monasteriorum, ac Civitatum chartophylacijs, atque abditissimis quibusque angulis eruant quæ nostratium rebus, præsertim historicis lucem afferre posse videbuntur: alios ut hæc eadem, necnon quæ ad Artes Scientiasque omnes dudum ab Hispania exulantes, gazam scilicet transmarinis mercibus pretiosiorem advehant, et quasi postliminio reducant: prorsus ut non optare nobis modò, sed cernere Divino be-

(ne-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

neficio datum sit, quod nostrarum ingeniorum robur, et vivus bello litterario vivida, quæ maiorum inertia inclinare, atque consenescere visa est, sub Ferdinando Augusto, Te potissimum Auspice, lacertos tandem moveat, et quasi reddita iuventute revirescat. Fui est, Fui profecto muneris quod spiret adhuc, quod placeat Hispania nostra, quod celsa domesticorum ingenia monstrentur digito præterentium. Fuum est inquam, quod præsens ætas magnâ doctorum virorum accessione

(no-

nobilis, clarague exandium re-
rum miraculis habeatur. Tuum
quod sapientia, quos sublimi du-
dum dejecta solis pauperum ta-
bernas, et meritorias tantum
ædes incolebat, non modo in
Illustrium virorum ac Procc-
rum, sed in ipsam quoque Reg-
natricem Domum transtaca
sit, Regio plane habitu, Re-
gio cultu, atque apparatu exci-
pienda. Tuum denique quod
in uno Augusto Nostro
philosophum Regem et regnare
Philosophum videamus, quo demum

(tem-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tempore beatas fore Respublicas
Plato vaticinatus est. Accipias
igitur Illustrissime Domine ac
Mult. Rev. Pater levem hanc
perennis in Te observantiæ meæ
tesseram, atque offitio cultuque tuum,
quique conceptis pro Tua incolumita-
te votis ac precibus Deum ter opt.
Max. assidue fatigat, confovere
pergas.

Valet prid Kal. Febr.
Anno à part. Virg 1752

Franc. Perezium Bayerium.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

בקדש ישראל

SEU

DE TOLETANO HE-

brearum Templo

SINTAGMA

S I.

Scriptoris Occasio. Nonnulla

de Hispaniensibus Hebræis o-

riginem.

Quemadmodum opportuno

nonnullæ esse festivitates vitæ humanæ

solent variæ verò Plurales diversæ:

(ita

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

מקדש ישראל

SEU

DE TOLETANO HE=

bræorum Templo.

SINTAGMA

§ I.

¶ *Scriptionis occasio. Nonnulla de Hispaniensibus Hebræis obiter.*

uemadmodum opportuno Amico nihil homini amicius esse festiviſsimè nec tamen ideò minus verè Plautus dixerat:

(*ita*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ita et nihil eodem iucundius aut
utilius usquam esse recenti edoc-
tus periculo pronuntiare fidenter
possum. Cum etenim à publico
docendi munere in hanc quotquot
sub hispano coelo sunt, longè no-
bilissimam Vrbem Toletum (cui
ex nostratibus Historiographis,
sive etiam exteris non dicam?)
evocatus, quæ hodièdum supersunt
priscæ maiestatis vestigia, nullo
viam præmostrante penitùs ob-
servanda, atque eruderanda
mihi proposuissem: commodum
mi Amicum incidi Toletanum
(Civem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Civem altum, atque educatum in
Patria, deque ea optimè meritum,
antiquitatis praterea Toletanæ
callentissimum, qui se mihi non
pœnitendi laboxis comitem, ac
viæ ducem perpetuò futurum
pollicitus, cunxeni, quod aïunt,
calcar addidit, et quominus
animum eius rei conficiendæ
diffidentem abjicerem prohibuit.
Honoxis et grati animi causâ
nomino Franciscum à Sancto Ja
cobo Palomaxium, qui et datam
fidem supràquam se obstrinxerat
libexabit, et novis in dies benevolen
(tiæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tiæ testimonijs, id quod ipsi promtissimum est, vltrò me confovere pergit. Exgò nec oblatam occasionem spernere, nec minimam quidem temporis iacturam facere certus, eodem facem præeunte ad lustranda quotquot hactenùs temporis obstiterunt cuiusvis generis exuviæ antiquitatis monumenta Dominicis diebus ac festis (profestos enim officium Palomario suum, mihi verò decreta abs Rege provincia solidos auferent) libentissimè accingor, spongijs, stylo, exceptorijs, ac deletrijs Fabulis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tabulis, nec non cæteris quæcumque
usui futura prouideo comparanda.
Sunt autem Foleri la-
cera usquè ac malè cum ævo colluc-
tantia Romanæ maiestatis ves-
tigia, cum florentis imperij gloriâ,
et fortassis antè occupatam Rem-
publicam, tum inclinante de
quibus aliàs forsan. Sunt et
Gothorum, item Arabum,
Hebræorum, ac denique recen-
tiorum Castellæ Regum post
Urbem Saracenis ereptam non
contemnenda rudera, amoenioris
eruditionis invitamenta, quæ
om-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

omnia et singula utcumque
mihi explanare minimè obtin-
gat, quod primo fuerat pro
posito, tentare tamen, et
quæ tractata nitescere posse
desperavexim, harum rerum
amatoribus illustranda relin-
quere consilium fuit, initio
scilicet ab Hebraïcis facto qu-
amquam etenim ea longè
recentiora præ ut Romana
sunt novexim: ab Hebraïcis
nihilominus auspicandum cùm
Institui mei ratio, tum quòd in-
ter alia, quantùm intex vibur-
(na

(c) 2006 Ministerio de Cultura

na cupressi volent, caput extollant
tum denique quod miserandam
Petri Castellæ Regis, cui à Se-
vitiâ (an potius à bellicâ fortu-
dine, aut animo paxùm no-
xijs indulgente mutatis, ut fle-
xi solet nominibus?) Crudelis
nomen indium memoriam
contineant, quæ ad notitiam
rerum historiam, Toletani iti-
neris argumentum confexre
posse videntur.

Iam verò vt viam præ-
muniam, et propriùs scopum
accedam. Hebraïcam Gentem
(His-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hispaniæ nostræ supra quam cre-
dibile est studiosissimam fuisse
ex quo in ea pedem intulit,
seu id primum sub Nabucodo-
nosore ut quibusdam placuit,
aut post eversam Hierosolymam
sub Vespasiano, sivê demum
post extremam ei cladem ab
Hadriano illatam: notius, opi-
nor, est quàm ut confirmatio-
ne aliquâ egeat. Causam alij
regionis ubertatem, tractumque
Cœli temperatissimum, nonnulli
Palestinæ ac circumiacentium
Provinciarum cum Hispania nos-
(tra.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nostra similitudinem, alij demùm religiosam æstimant, quasi verò ex dispersione Hispanica prodissent tandem Abrahæ Laxi quem eorum maiores binis fere annorum myriadibus per summum nefas crucifixerunt ab ipsis usquè dum expectetur nascituros.

Quæ cum ista sint, nemini mirum videri debet, si excissâ primùm Hebræi Hierosolymâ, destructoque funditus Templo, id est eversis focis atque Axis suis, seu demùm, quod vero similimum

(ax

(c) 2006 Ministerio de Cultura

arbitror, suprema ab Hadriano
clade afflicti in Hispaniam nos-
tram aliasque Orbis plagas con-
fugientes pars Toletum, Urbem
iam tùm Ptolomæo, Liuio, Plinio
que testibus nobilem, munitissi-
mam, et iniuriæ minimè op-
portunam appulerit, eamque
fortunarum suarum sedem dele-
gerit; Et quidèm (quod genera-
lem etiam eius gentis ad nos mi-
grationem spectat) sub initium
septimi ab Orbe redemto sæculi
magnam per Hispaniam nos-
tram, ac proinde Toleti, quæ

(Re-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Regia tunc erat Gothorum Urbs,
eademque florentissima, Iudæorum
frequentiam fuisse, unum Sisebu-
ti Regis edictum eos à Regni
sui finibus hortatore Heraclio
prohibentis, ac nisi ad veræ pie-
tatis cultum transirent capita-
liter in illos animadvertentis
firmissimum argumentum est,
magna tunc eius gentis parte,
demtis qui verè aut simulatè
susceptâ religione apud nos man-
serant, in eam Galliæ partem
quæ Francorum Regibus parebat
delata.

(Ve-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Verùm et ante Pisebuti
Regis tempora, imò et sub Ves-
pasiano id est primùm post dele-
tam Hierosolymam captivæ He-
brœorum Gentis partem in His-
paniam nostram ablegatam
Emeritæ sedes ad habitandum
accepisse Cl. nostras, et inco-
rruptæ fidei Historiographus
in Hebræorum Libris contineri
tradit, quod et ipsum Magnum Iudæorum Chronicon ad annum Christi CXXX. scrip-
tum ex parte confirmat per
hæc verba prout in Hispanico
(eius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eius Chronici exemplari haben-
tur „ El Año (inquit) de
„ 440- à edificio dela Casa, y años
„ 3558. del Mundo vino Vēspesiano,
„ y destruyó la casa santa, y captivó
„ a Israél, y muchas familias de casa de
„ David, y Yeudá à Essamia, que
„ es España.

Quoniam autem eorum fides subiecta nostratibus Historiographis habetur, eam propterea supplendam, atque adiuvandam in hac parte, seu potius eorum coniecturam, qui migrationem Hebraeorum in Hispaniam

ad Ha-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hadriani tempora referunt, nec
unâ tantùm ratione fulcien-
dam duxi: non quidem vulgari
illâ cognominum per Hispaniam
oppidorum atque Axcium ijs
quæ in Palestina sunt ab Hebræ-
is ut creditur exectorum, ea te-
nim ad septimum et deince-
saculum post Maurorum ty-
rannidem referenda puto, sed va-
lidiore alia ex Hispanis Concilijs
Eliberitano, Toletano III. Va-
lentino et alijs ab ineunte
quarto salutis sæculo celebratis
desumta in quibus complures
ad-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

adversus judaïcam perfidiam sanc-
tiones habitas fuisse constat, ne-
que etenim Concilij (præsertim
eliberitani) Patrès regulis fidei,
et morum constabiliendis intentis-
simi, longis que confectis itinera-
bus congregati, cum Lazvis Sa-
Cabbatarum more congredi volui-
se censendi sunt, quatuor vide-
licet decretis adversus Hebræos, ne
gligendam potius gentem, et à
qua nihil omnino mali timeretur
promulgatis.

Mihi vero dum ad pri-
mævos Hispanici Sermonis fontes
Cas-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ascendo atque alveos, canalesque
per quos ille ad nos derivatus
continenter insequor, et si alia
deessent omnia iam pridem de
hac re scrupulum ademerat quod
inclinante per Hispaniam La
tina Lingua vigore, atque in
eam sensim dialectum vergente
quæ postquam â matrice Lin-
gua divulsa est, qui eadem v-
terentur primo Romanice dein
vero **Romance**, loqui dicti sunt
nonnulla in Hispanis ejus Ata-
tis Concilijs, et Notariorum S-
criptorum libris non multo recen-
tiori

(c) 2006 Ministerio de Cultura

recentioribus Hebraici Sermonis
vestigia, & inspersa veluti
ramenta iam dudum observas-
sem voces interdum expoletas,
atque à Latio remotissima &
phrasim peregrinam & He-
braïcum nescio quid sonantem
perpetuam demùm in utroque
numero casuum continentiam,
& tenorem, quæ omnia si ab
Hebræorum commercio Latino
Sermoni, qui nunc nostratibus
scriptoribus in usu excr, &
à quo veruaculus eius ævi
non quantum hodiernus desi
derabat

(c) 2006 Ministerio de Cultura

debat obvenisse ostendero magnam
ijs quoque temporibus per His-
paniam nostram frequentiam
Iudæorum fuisse simul evincam.
Tempore demum pro-
cedente id est à septimo &
deinceps saluris sæculo post mi-
serabilem Gothici Imperij Cas-
sum, atque Hispaniæ nostræ
Dastationem mirum dictu est
quam facile dispari gentes cul-
tu, & alius alio more vivén-
tes Mauris Iudæi coaluerint.
Circumcisionis affinitas, &
quod vtraque Gens Christiani
erat

exat nominis infensissima, im-
pio in illius perniciem foederi
ineundo causam prębuit quam
nos tamen quod pcxum propo-
sito nostro faveat alijs vestigan-
dam linquimus. xr.

Per ea tempora id est
sub Maurorum initium com-
plura circa Toletum Oppida
Iudeis (si fama credimus duc-
tisque ab Hebraïco sermone
nominibus) attributa Ma-
quedam scilicet Yepesium As-
calonam, Oetafium, Aze-
cam, Novesium, Yebenes
(ipsamque

(c) 2006 Ministerio de Cultura

que si Dîse placet Maxitum:
Arizam item in Celtiberis,
Betheram in Oretanis ad no-
num â Valentia nostra Lapidem,
& alia quotquot sunt eius
generis per Hispaniam, aut
Hebraïcis nominibus appella
ta, aut â Iudæis condita primum
fusse coniicerem iis etiam, quæ
Folero vicinora sunt fortassis
ab eadem Colonis deductis. Cum
etenim nullam antê id tempus
in Veteribus Geographis Ste-
phano, Strabone, ac nec in eo
quidem Itinerario quod sub An-
(tonini

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Antonini Imperatoris nomine circumfertur, eorum Oppidorum mentionem reperiam: propiùs verò crediderim post Claudem Hispania, & Mauritio exercitu in diversa distracto nec desertà à Christianis loca implere valente Iudaeos in ea gentium colluvie; aut non multò post ab Indigenis eiusdem religionis evocatos desertis patrijs sedibus vacuas Urbes, & Oppida occupasse, atque affinia ijs quæ in Palestina erant nomina indidisse: quam quod Castella (Re-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Reges vix dum excuso Mauricq
Servitutis iugo, novos in Hispanicq
finib. moriendos hostes eiusque
libertatis perpetuò insidiatores
ultrò sibi concitare vellent, id quod
fecissent extruendarum Arcium
et condendarum Oppidorum po-
testate Judæis attributa.

Atque is exar-
Judæorum status per Hispaniam
nostram ac finitima Toleto Op-
pida. Oppressâ Urbe et suam
Servitutem serviente qua tan
dem Divino beneficio in liberta
tem assertâ nullatenus imminu-
tum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fuisse nostrates Historici memoriæ
prodidêre. Capta etenim Urbe
ab Alfonso Rege magnam
Iudæorum copiam, quæ in ea
lates collocaverat victori ob-
viam processisse ferunt oratum
mitiùs eosdem haberet, quam
religionis diversitas exposcebat.
neve ad alio totes exantes ab-
duci paterentur. Binas item
litteras Hebraïcis atque Ara
bum characterebus exarata
eidem ostendisse, queis contine-
retur maiores eorum nullate-
nus in IESV-CHRISTI serva
(vis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Senatoris necem consensisse, unum
que hoc captivis in ea calami-
tate solatium reliquum, firmum-
que securitatis vadem ac pig-
nus: parceret igitur innoxio
sanguini. Sunt preterea, qui
aliud ex alio, ut fieri amat, du-
centes eas Litteras in Toletana
Urbis Chartophylacio ad an-
num circiter sesquimillesimi
asservatas conitanter affirment,
cautioribus alijs eam rem, qu-
anta est ad nutricum cunas
ablegantibus inter aniles fa-
bulas. Ve-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Verum ut ad rem redeam,
relictis intrâ Toleti moenia Iudæis
nec aliquo eis prætex iniuriæ
licentiam ereptoque initio sa-
luti fuerat Regis videlicet
indulgentiâ, eadem tempore
demùm procedente exitium
Iudæis attulit ea etenim recti
crescere primùm gens soboli
intentissima, Christianorum
connubia appetere, et quod
dictu quoque nefas est iungere,
honores ambire, gerere, in
Regum vese gratiam palpo aut
pecuniâ foenebri redemtam in-
si-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

insinuare, opes, Clientelas, cæte
ra quæ prima mortales ducunt
quovis pretio comparare, uti
demum atque abuti imperio:
proxsus ut sub finem XIII salu-
tis sæculi cum vix sibi in pote-
tatibus temperarent, non tan-
tum ne Hispana tandem in-
genuitas eorum contagione
quodammodo fœdaretur, verùm
et ne quid ab ea gente Chris-
tiana per Hispaniam Respu
blica detrimenti caperet, timen-
ceptum fuisset.

Ei tamen malo quod
(aloi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

aliis in Hispania interiora descenderat mollioribus quam parerat remedijs occursum est. Et fortassis nè singuli nomen professi per Hispaniæ præsidia distribuerentur eademque olim sub Augusti Imperio seruitijs in Vrbe recensendis causa obstitit. Oportebat quoque Zizania vsque ad messem crescere, atque illud verè aureum Iudæis sæculum, argenteo primum excipi, mox æreo, ferreum denique, nî fugam maturassent, protinus experturis. Itaque stipendiarij facti, atque

Can

(c) 2006 Ministerio de Cultura

annuum eis vectigal in Capita im-
peratum, prohibita Christianorum
Commuio (commertium intelligo)
interclusus ad dignitates aditus, sig-
num denique perpetui gentaminis
quo internoscerentur additum.
Neque id tantum
regijs pex Hispaniam Legibus
cautum, sed quoniam univer-
sum Orbem terrox pervaserat,
coacto primum ad Viennam in
Medulis generali Concilio mox
Provinciali alio Compostellan
ad annum M.CCC.XIIJ. Zamorx
habito, ac demùm Petri de Luna
qui

(c) 2006 Ministerio de Cultura

qui se in Chersonesi latebris
(Peniscolam nostrates vocant)
pro legitimo Christi Vicario obs-
tinatissimè gerebat decreto Ro-
mana Curiæ stylum per omnia
referente. Huius sicut & Concilij
Compostellano Zamorensis exem
plum nèdum publicæ luci sub-
tractum, sed quatuor integra
sæcula delitescens, & supers-
tium paucissimis hactenùs vi-
sum divino beneficio nobis ob-
tigit in eam videlicet spem
erectis, fore, ut non uberiùs
harum rerum amatoribus vi-
(vi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

invidetur.

Commodùm etiam, ut ad rem redeam, cœlestem Hispaniæ opem Deus miserator attulit, misso non multo post ea tempora DIVO VINCENTIO FERRARIO Valentiæ nostræ, atque orbis totius Ornamento, quem, quòd Hebræorum duritiem confregisset, Salutarem eorum malleum meritò dixerim. Is etenim seu æternis allectus præmijs, sivè Supremi Judicij interminatione palantes, certè vitæ integritate, & exemplo (quod in divini

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mi Verbi prœcone Hactenus auditorum animis prœsentissimum

At) complures ad veræ pietatis cultum traduxit.

Vec sic tamen infelix in uberrima messe lolium stirpitus avulsum fuit, quin eodem id est XV. Salutis Sæculo

crescente novas denuò radices agens novam quoque Catholicis Regibus Ferdinando & Ysabellæ timoris materiam præpararet, ne tandem Hispaniam nostram fœdâ atque immedicabili contagione polluerent. Exoo vul-

(nus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Vulnus hactenus obductum ob-
ductum ferro rescindi placuit,
Cautesijs quoque in eos qui obs-
tinatius agere vellent adhibitis.
Latâ igitur de migrando lege,
cui omninò parendum fuit, ae
terna deinceps Hebræorum gen
tis oblivio Hispaniam univer
sam occupavit, immortali Ca
tholicorum Regum gloriâ nul
lâ exterarum Nationum in-
vidia, cum eos fortunis, quas
ingentes apud nos congesserant,
exportatis, nec ne hilo quidem
Regijs vibus reservato, quo vel-
lent

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vellent liberos abire permisserit.
Ita depulso non multò pridem ab
ijsdem Catholicis Regibus apud
Granatam Mauricos superstitionis melanthio quod fuerat
reliquum sincera tandem Religionis triticum septuplum purgatum fuit, utinam in horrea
Domini congregandum. ¶

§ II

De Toletani Hebræorum Templi Descriptio ¶

Actenùs Hebræos Toletanam Urbem in primis Hispaniæ (nos

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nostræ fortunarum suarum sedem
delegisse innuimus. Nunc eos-
dem maiore quam alibi frequen-
tiâ opibus præterea affluentiores
ibidem fuisse, quia proposito nostro
favet stabilire opera pretium est.
Et quidem portenuis istud ipsa
Carpetanæ regionis ubertas urbisque
situs in Hispanica mediullio, am-
nis penè circumfluus accuratis-
sum patiens, et mercaturæ com-
modissimus, idque apud gentem
natura fœnoris, quam aut a
grorum cultura, aut sedulanijs
artibus procliviorem, satis superque
indi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

indicare possunt; prius autem illud præterea quæ de Colonijs Toleto deductis in viciniora Oppida superius dicebamus, quod coniecturâ tantùm nititur, id apertissime ostendit, exacto censu quod Hispaniensibus Iudæis imperatum est à Castellæ Regibus, in capita singulos: triplo fere maiorem summam uni Toletano Synedrio quotannis attributam fuisse quam vel maximo reliquorum omnium quotquot per Hispaniam eorum ditionis subditam connumerabantur. Etenim in ea Iudæi

BIBLIOTECA PUBLICA * TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Iudaici Vectigalis attributione quæ
Optæ XIIII° Salutis Seculo exeunte
Regio iussu celebrata fuit, cum
Burgensi Synagogæ (quæ post To-
letanam Hispaniensium omnium
frequentissima censebatur) septena
tantum et octogena nummûm
millia contribuerentur: Longe ul-
trà ducentena Toletanæ imperata
fuisse constat viginti scilicet in
annos singulos exolvenda. Dis-
tributionis verba prout in exem-
plo quod ipse nactus sum iacent,
adiungere libuit quamquam ex-
tra ordinem. ¶

¶ Padròn de las Aljamas de Castilla, que se fiso en Hueste en Se-
tiembre Era de 1318.
Toledo con aquellos, que pecharon fasta aqui CC.XVI mil DV. mrs.
Cuenca. LXX mil DCCC.LXXII.
Valladolid LXIX. mil D XX mrs.
Carrion. con los lugares, que pechan con ellos LXXIII mil CCCC. LXXX mrs.
Burgos LXXXVII. mil DCC.LX &c.

Quæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quæ cum ità sint, verosimil-
limum fuerit Iudæos mortalium
Religiosissimos iam tùm Toleto
à Mauris oppressa, imò etiam
Florente Gothorum Imperio, seu
demùm post Urbem Saracenis
exceptam, & deinceps ante Petri
Regis tempora Templa in quo
Sacra legitimo ritu peragerent
in ædificandi curam in primis
habuisse, nec tot sæculorum lap-
su frequentissimos atque opi-
bus affluentes communi caruisse
loco, quo Religionis causâ con-
venirent, eversi Hierosolymitani

(Tem-)

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Templi memoriam eo solatio le-
nitam. ~

Ex hac autem coniectura
aliam haud sane absurdam, imò alios
ducentes nonnulli ex Toletana
rum rerum scriptoribus, eo
tandem progressi sunt, ut asse
rant Sacram Diva Virgini
Edem quam hodiedum Blancham
Gothico (si nostratibus Etymologijs
credimus) vocabulo cognominant,
in eo sanè Vrbis tractu, quo
occidenti soli obversa Tago immi-
net, à Iudæis primitus in sacros
Eorundem vsus ædificatam longe
ante

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ante CHRISTI Servatoris tem-
pora, primumq3 illud omnino om-
nium quæ usquam locorum ea
gens habuerit à Hierosolymita-
no Templum fuisse. Addunt
præterea eam Urbis regionem quæ
in hæc usque tempora Alchanà
dicitur conveniens ab Hebræis
nomen mutuatam quasi Em-
porium, seu Negotiationem
dixerint: hoc etenim vocem illam
Latio scilicet donatam sonare.
Horum autem fidem ro-
gari acceptum tantum à maio-
ribus tradunt, splendida claxorum
Vi-

(c)2006 Ministerio de Cultura

Vixorum nomina proferentes, quorum tamen ea in rè testimonium compluribus alijs meritò suspectum redditur.

Ego verò cui animus a Spe, metu, Foleranis partibus liber est et ab injuria alienissimus, uti nollem Urbi pulcherrimæ, atque Hispanicarum omnium præstantissimæ ingeniam atque germanam gloriam invidere: ita neque spuriam, et facile delitiam aut caducam eidem asserendo priorem illam corrumpere, et contaminare. Habet profecto

profectò Regia Toletana Virgo
monile aureum, et quidem pretio-
sissimum; habet nativa Venus-
tatis indelibatum florem, labisq3
nescia sordida fulget honoribus
intaminatis: nè ergò illa dum
à quibusdam meretricio fuco, ac
fallacijs ornatum, ludibrium s-
peculatoribus debeat.

Inre igitur obscura, totq3
doctorum Virorum placitis
controversa ut meam quoque
sententiam proferam id est, an
sex inter olores obstrepam, neq3
eas omninò coniecturas probari-
(das

(c) 2006 Ministerio de Cultura

probandas, neque in totum respu
endas arbitror; atque ut hebraïce
genti Synedria, quas Synagogas
vocant, ne dum pro libertatem
Urbem, sed ea Saracenorum iugo
oppressâ et fortassis ante gene
ralem Hispanicæ Vastationem,
libens concesserò: Templum ta-
men, Domum scilicet Deo sacram,
eiusque nomini à cæmentis erec-
tam ad Veteris Templi normam,
atque ad prescriptum Mosaycæ
Legis inauguratam initiatamque
dignam propterea quæ Templi
titulo à Judæis honestaretur: propter

pasa 5 fol.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ad contignationem qua Tecti Fra-
bes muro innituntur latitudini
fere sesquialtera. Protenditur au-
tem ab Oriente in Occidentem
eo prorsus ordine quo Hiero-
solymitanum Templum desig-
natum, atque erectum fuisse
legimus. Universa Edium mo-
les lateritia, tectum vero non
testudineo sed fastigiato opere
eidem incumbit strictis trabibus,
ac multiplici anaglipho insculp-
tis ab utroque longioni muro
obliquè se introrsum attollenti-
bus, atque in carum summita-
re

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tate coëuntibus & connexis in tenoxij modum, queis impositi la vigati asseres atque his tegulæ adem contrà imbrium injuriam protegunt, actuentur ℣

Diacent insuper hodiedum domui vestibulum, atrium seu Templum feminarum coenacula, & alia nonnulla versus meridionalem plagam. De quibus inferius sermo recurret, postquam precipuarum Templi partium singularem descriptionem absolvam. ℣

Contiat autem illud, quem admo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

admodum olim Hierosolymitanum,
tribus potissimùm partibus, ves-
ibulo scilicet quod Hebræi אולם
ulám: interiori Domo quam nos-
trates appositè vernaculo sermone
dicunt Cuerpo del Edificio, Hebræi
vero vocant היכל heichál; &
Sanctuarij loco quem ipsi דביר
debìr. Latini vero adytum pene
trale oraculum dicunt.

Universa Domus interior, si-
cut et Sanctuarij locus qui etiam
קדש הקדש׳ם Kodex
ha kedaxím, id est Sanctum sanc-
torum appellabatur, hodiedum in-

(regra

(c) 2006 Ministerio de Cultura

integra conspiciuntur necnon et
Meridionale Vestibulum: illud
vero quod è regione, Septentrionali
plagæ obversum fuerat, ut dice-
mus inferiùs, idque longe quam
Meridionale patentius, et
augustius, perijt fundiùs. Eo
tamen loco inædificatum fuisse
superstes usquè puteus qualem
et in Salomonis Templi atrio
proximè Vestibulum fuisse Vegimus,
atque hebraïca olim inscriptio
in superliminari ejusdem por-
tæ trabe collocata, quam nos alie
nissimo loco, nec tale quidquam
(co-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cogitantes offendimus, satis superq;
indicant. Eam autem quod pal-
maribus elegantissimis Litteris
insculpta sit quamquam dimi-
dia sui parte macerriatam tex-
nisque latentijs pilis immissam
nostro tamen labore restituam,
et lucio donatam interius exhi-
bebimus.

Huic vero quod intersijse
diximus vestibulo, quoquê à
septentrione in Meridiem
cunctibus aditus patebat in in-
teriorem domum, Fuxim illam
cuius in Epigrammatis Hebraï
(cis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hebraicis infra explicandis mentio
fit, atque Aditicij partem non igno-
bilem fuisse constat impositam
fuisse crediderim. Sanè vero ut
ea orientali potius vestibulo im-
posita, eidemque Orbis plagæ
obversa esset Salomonici Templi
structura exposcere omninò vi-
debatur: ne tamen omnes huius
Aditicij partes pro Hebræorum
Hispaniensium votis adamussim
Hierosolymitano Templo respon-
derent, fortassis soli ratio locique
angustiæ prohibuerunt, in Urbe
præsertim, qualis per ea tempora

(Tole

r Ad suggestum ligneum puto referenda

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Foletum erat Civium refertissima,
& tantum non omne intercla-
sa.

Cui autem Septentrionale
Vestibulum Meridionali præ-
latum fuerit cui Fanum impo-
eretur; Cum in veteri Templo
Meridionalem portam à
Columnarum magnitudine
שער
שער הפּקים Sahár hasá-
phim, id est Portam Postium,
uni Orientali quæ ἀντονοματικῶς
Porta Templi & postquam eam
Oznavi Ioatham Porta nova dic-
tafuit, dignitate cesisse constet:

Ea

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ca in promptu causa fuerunt,
Urbis videlicet regionem, quæ
Templo ad Aquilonem obver-
sa est, longè quàm Meridiona-
lis Hebræorum frequentissimam
fuisse, quod superstes inibi Tem-
plum ipsis hactenus attributum
cum interiacenti tractu, arcuis quo-
que qui hodièdum Iudæorum,
vulgò autem El Arquillo de
la Juderia ab ea scilicet Urbis
parte, & alia bene multa indicio
sunt manifestissimo. Hoc autem
& ipsum in causa fuisse puto,
cur Aquilonare Templi ves-
ti-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Vestibulum latius quam Meri-
dionale augustius atque orna-
tius fuisset prout infernis de-
monstrabimus ⁊ ...

Sed è diverticulo in viam,
id est ad Templi descriptionem
redeuntes, atque à Meridionali
porta, quæ una superstes est
initium facturi, prius eandem
unà cum totius Ædificij orthogra-
phia sistere commodum duxi-
mus prout à Francisco Paloma-
rio Juniore eximia spei atque
indolis adolescente adumbratam,
et plane ad vivum expressam
accepi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

accepimus. Hoc etenim pacto libe
rum cuiris fuerit universi ope
ris ideam imo obtutu ac citrâ la
borem assequi; injs tamen qua
non illicò fient obviam nostrâ
qualicumque ope et conatibus
adiuvando.

Hic Lam. 1.ª

Primum igitur omnium
à depressiore area qua patens
et aperta planities in Meridiem
porrigitur terni gradibus ad imum
portæ eidem plagæ obversæ limen
ascenditur. Ea vero quemadmodum
omnes in Salomonico Templo fuisse
legimus ternis orabibus constat,
para una hoja: Duo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura



(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

38

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TOLEDO

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA ACADEMIA DE LA HISTORIA
3 E

BIBLIOTECA ACADEMIA DE LA HISTORIA
3 E

(c) 2006 Ministerio de Cultura

id quod mihi in hoc opere exp̃li-
candum obtigit nuspiam tempo-
rum Tolerasse constanter ex
affirmabo.

Rationum autem mo-
menta queis in eam sententiam
adducor, ex ipsis quidem quę ho-
diedum superstant Hebræorum
testimonijs petita, si ostendero,
fortassis æquis rerum æstimato-
ribus non omninò spernenda
videbuntur; sed ijs, quod polemi-
ca sint, in opportuniorem locum
reiectis, tunc ad Templi descriptio-
nem accingor.

Est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Est igitur illud in ea Tolera-
næ Urbis regione collocatum, quæ
occiduo soli propiùs tago amni
quodammodo imminere videtur,
declivi scilicet areâ, et versùs can-
dem Orbis plagam leniter de-
pressâ ad Aquilonem et Austrum
plana atque patenti expqua in cum
dissimus in amnem et prærupta
montium in adversa eiusdem ripa
prospectus est.

Tota Domus interior
quadra, oblonga tamen, ut lon-
gitudini latitudo penè subtripla
sit, altitudo vero à pavimento sci-
licet retro ede 6 tol.r

bus scilicet postibus & superlimi-
nari. Postes lævigati quidem &
ad utramque oram striis distincti.
Superliminare autem longe quam
postes ornatius fuit. Etenim
inter multiplices hinc inde ductas.
& reductas operosissimè lineas
reticulatas quidem, et veteris
tectorum laquearia referentes
ægrè assurgunt. Hebraïcæ semi-
pedales Litteræ tabi elegantis-
simè ~~intercisæ~~ incisæ et non-
nihil è plano prominentes quâs
tamen sinuosi linearum tractus
flexusque subtus litteras immersi

(ac

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ac rursum definitis spatijs emer-
gentes et easdem complicantes,
maxime ~ exò fissura sub-
dialî trabis, exesa, imbribus-
que ac ferventissimo meridiâ-
no soli obversa male lacera
effecerunt ac propediem inte-
xturas, ut vix legi ac nè
internosci quidem possint. Con-
tinet autem hemistichium
Davidicæ laudis ex Psalmi C.
XVII. (qui Hebræis cen-
tessimus decimoctavus est) ver-
su decimo nono, quod nos res-
titutum exhibemus.

=ΠΣ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

זה השער לי צדיקים יבואובו

Sonant autem Hebraïcè probata

Zé haxáhar Ladonái tſaddi-
kim iabóu bó.

Latio autem donata ad litteram

Hæc Porta Domini, Iuſti intra-
bunt in ea

Seu potius in eam *prout in vulgatis*
Bibliorum Codicibus legitur. Super
liminari autem quod nuxo qu-
antum exassum est immittitur,
vnâ tantum in qua Litteras in-
cisas diximus eiis facie parte cons-
piciáſſ, Columellæ quinario nume
ro im

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

imponuntur quadram apeuientes
aream ampliorem quidem illam,
pr ut porta est ei tamen ad per
pendiculum imminentem, cuius
Centrum fenestra obtinet illus-
trando seminaxium axio, de quo
inferius sermo recurret. Aream
vero atque eas quas dicebamus
Columellas, quatuor nis Gentilitij Re
gum Cattelle Clypeis insignitas,
binæ insuper, aliæ quę ad noxiumq[3]
fenestę latus exiguntur intexclu
dunt atque ambiunt. Omnes
tamen formâ rotundâ, dimidiâque
tantum parte, è muro prosilien-
(tes

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tes quarum scapos latexculi a fron-
te in orbem curvati, atque alius
alij impositi efficiunt. Bifidam
autem eam fuisse quæ ab extima
parte aream complecteba tur, su-
perites eius vestigium ab orientali
porta latere luculenter ostendit.
Spatium vero ab interio-
ri Columella ad fenestram inter-
iacens, & eam circum-ambien s
binis lateritijs fascijs tenuis mini-
mum pollices è muro prominenti-
bus ornatur, quæ ex intervallo
coeuntes, ac decussata loculos in-
terclud nt fictilneos, aut vitium
(pani-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pampinos referentes, queis Castella,
& Leones singulari altanoque
ordine continentur, quaternis item
Gentilitijs Clypeis supra fenestram
collocatis

Incumbit demùm aræ epistylio
textus ædifitij Ordo recentis tamen,
ac planè tumultuarij Operis binis
quadris, totidem axcuatis fenestris,
quinis vero latenitijs pilis distinc-
tus queis totius atrij tectum im-
ponitur. Cuj autem trabs eidem
excipiendo substrata est duplici
crassiore pila, tenuiore item aliâ
insta campanaxiam Furrim sus-
ten

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tata, ijsdem omnino sculpturis atq;
anaglyphis constat quæ in Meri-
dionalis portæ superliminari pau-
lo ante observabimus, prorsus
ut è vestigio eiusdem artificis
manus agnoscatur. Litteras
quoque Hebraicas inculptas
habet palmares illas quidem
& elegantissimas in ea scilicet
facie, quæ solo ad perpendiculum
obversa respondet. Earum au-
tem lectio triplex fuit modo dice
bamus fulcro interrupta, senten-
tiam quoque impedientibus mam
reddit. Superstites, id est non ob-

ducta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Adducte Litteræ sunt, quem-admodum
et in Orthographia Templi eas
depingi curavimus. ℵ

וי צדיק אמונים

Quarum sonus

Oi tsaddík emunim ↄ

Sensus autem nisi retinuatur planè
nullus. Retinui verò debent om-
nino ex Isaiæ Capite XXVj. versu
III. in hunc modum.

צדיק

וי בא גוי צדקה שמר אמונים

Quæ hebraicè prolata sonant.

Veiabo goi tsaddík xomèr emunim.

Sententia autem eorum est:

Et

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et ingrediatur gens iusta custodiens Veritates.

seu potius Veritatem; prout in vulgatis nostris Codicibus habetur.

Hæc autem sententia, ei quam in Meridionali porta superliminari insculptam diximus aptissimè cohærens, & plane digna quæ Domus Dei vestibulo inscriberetur, nos quasi manu ducit ad aliam Templi portam accuratissimè investigandam.

Num autem illa orientali, an potius aquilonari plagæ obversa fuerit hoc opus iste labor.

(Ini

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Initio enim Hierosolymitani Tem
pli structuræ rationem insequu
tus, binis item puteis quæ in ori-
entali Ædificij area conspiciuntur,
ac loci opportunitate quodammodo
invitatus in eam Sententiam
propendebam, ut maximum de quo
agimus Templi vestibulum in
orientali eiusdem parte collocarem,
non tamen sine aliqua erroris
formidine. Verum postea, quoniam
æstuabat animus, orientali muro
oculatiùs inspecto, ac nonnihil ex-
cultato, cum transversariam tra
bem eidem secundùm longitudinem
(im-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

immissam, & calce obductam offen
dissem, in ea videlicet muri parte
qua aditus alioqui futurus erat
in templum, eamque non recen
tis operis, sed perantiqui & ←
plane ὀγκεῖνον; omnem de priori
coniectura scrupulum abieci, ac
Templi vestibulum cuius portæ
superliminare modò descriptum
imponendum esset ad aquilonarem
plagam collocandum fore omni-
nò deprehendi.

Illud quoque extra dubi-
tationis aleam positum puto, ves-
tibulum scilicet Aquilonaxe pro

cur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ut Meridionale est perampliùs,
atque augustius fuisse, quod nè-
dum maior ab ea Urbis parte
Iudæorum frequentia ut superiùs
indicavimus, sed & superliminaris
quoque longitudo priori illi in Me
ridionali porta collocato ferè ses-
quialtera, Litteræ prae propterea Hebrai-
cæ palmares, cum in alia Frabe
semipedales tantum sint luculen-
ter attendunt. Etenim re ad
mensoria calami rationem ex-
plorata Meridionalem illam
tendentis summum pedibus in lon-
gitudinem extendi, eam verò de

qua

(c) 2006 Ministerio de Cultura

qua agimus trabem octodenis &
ultrà constare comperimus.

Dinteri-
us autem Meridionale vesti-
bulum transeuntes, vicenis illud
in longitudinem pedibus porrigi-
tur, totidemque in latitudine
patet, quæ deprehendimus,
cuius area tectum æquâ
fermè altitudine imminens qua-
dri omninò cœnaculi formam
exhibet.

Hanc ego non ultimam
ædificij partem anagliptico opere
picturatam, minimum autem
Hebraïcis Epigrammatis in-
scrip-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

inscriptam proximè conignatio-
nem crediderim, quæ tamen om-
nia collabentis tecti ruinæ fortas-
sis Architecti imperitia nobis
invidere. Cum etenim eidem sar-
ciendo atque instaurando incum-
beret, in subiectos quoque parie
tes acriter desæviit et Calce
incrustatos penitus obduxit, pror
sus ut nihil harum rerum ama
toribus reliqui factum sit præter
vehemens illorum desiderium.

Idcirco nihil
in vestibulo moratus ad interio-
ris Domûs descriptionem accingor;
(pri-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

priùs tamen eiusdem ichnographiam
& sciagraphiam eruditis spec-
tatoribus sistere opportunum
duxi, eâ videlicet abscissâ dimi-
dia templi parte, quæ secundum
ipsius longitudinem australi
plagæ obversa est. Hac enim
ope minoxe impendiò sibi qui-
vis totius Ædificij idæam præsen-
tabit, in his tamen, quæ ex-
plicatione indigent concaibus
utcumque nostris adiuvandus.
Utriusque autem
ad Geometrices Leges &
mensoriæ Calami rationem exac
tissimè

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tissimè adumbratam ab eo quem
initio dicebamus Cl. mihique a-
micitiâ coniunctissimo Francisco
item Palomario Junioris Paren
te, qui et in Universa Templi
perlustratione ut est harum
rerum apprimè vagax, et ab
Hebraïcis studijs non abhorrens,
pluximùm mihi attulit adimen-
ti, subiicimus Candidorum oculis.

(Dixi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA PÚBLICA
DE
PÓLEBO

M. 128

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Esplicacion de la Planta, y corte interior de la Igla de San Benito llamada N.S. del Transito en Toledo propia del Orden, y Caballeria de Calatrava: la qual fue Templo de Judios: En cuya planta, y corte se demuestra el estado que al presente tiene esta Igla. y monumentos Hebraicos, que en ella permanecen. Asi mismo se demuestra en la segunda Planta la area superficial del Templo de las mugeres, que hoi con varias divisiones sirve de cuarto alto para la persona que cuida la Iglesia.

A. Puerta principal del medio dia
B. Puerta, y entrada al quarto bajo del q cuida dela Igla
C. Escalera por donde suben al Coro, ò tribuna, y à los quartos dela abitacion del mismo por la puerta C dela segunda Planta.
D. Puerta de la Yglesa cuya area superficial se compone de 20632. pies y medio.
E. Mesa del Altar Mayor en que està reservado el SS.mo
F. Tarima de dicho Altar.
G. Altar de N.S. en su transito, pintado de pincel
H. Puerta, y entrada à la Sachristia.
I. Altar del Chaisto de los Remedios.
J. Asientos, ò poyos de fabrica chapados de Azulejos.
K. Puerta, y entrada al Archivo general del orden de Alcantara en cuyas piezas L.L.L. hay papeles pertenecientes à dhos ordenes.
M. Ventanas de este Archivo.
N. Pozo.
O. Puerta, y entrada à la Pieza P. donde tambien hay papeles
Q. Ventana del Poniente, que da luz al Choro, y Igla.
R. Puerta del Quarto S. por cuya escalera T. subian las Mugeres à su apartamiento, ò Atrio.

Segunda Planta del Templo de las Mugeres.

U. Desembarco de la Escalera T. en el Quarto X.
Y. Puerta del Apartamiento.
Z. Nueces, que estan en el grueso de la pared maestra, que parece servian de tribunas para que las Mugeres diesen vista al templo de los Hombres.
a. Ventanas, que dan luz al apartamiento delas Mugeres
b. Desembarco de la Escalera del Choro
c. Puerta, à los Quartos del Sachristan, que son el espacio de dho templo dividiendole varios tabiques.
d. Hueco, que hay en la pared del Choro, en que hay una ventana.
e. Escala de 50. pies de Vara Castellana
f. Cenefa con labores de relieve de Yeso en que hay Escudos de Castillos, y Leones, y por ola exterior alta y baja tiene dos fajas de una quarta de ancho en que se leen varios Versiculos del Penalipomenon de letra hebrea hermosa, y de los Salmos de David.
g. Orden de Ventanas, columillas, y demas adornos, sobre que hay una faja que sirve de corona à las paredes del Templo con varios Psalmos en hebreo.
h. Corte de las Maderas, y armadura
y. Cara del suelo, y ante pecho de la Tribuna.







(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hic inferendæ sunt fig. Corte, y Planta. num. 2.

Diximus pridem interioris Domûs latitudinem eiusdem longitudini ferè subtriplam esse, altitudinem verò si cum latitudine conferatur pene sesquialteram.

Nunc, quod descriptionis leges omninò exposcunt, accuratior mensuraxum ratio habenda est.

Constat igitur universa Domûs interior

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rion qua ab Oriente
in Occidentem longis-
simè procurrit, octo-
genis pedibus, quorum
terni mensoriam con-
ficiunt Cannam nos-
tratibus **Vara** nun-
cupatam. Ab Aus-
tro autem ad Aqui-
lonem binos supra
vicenos secundùm
latitudinem pedes
patet. Muri
denique à Pavimen-
to ad Contignationis
(ini-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

initium supra quaternos &
quadragenos pedes attolluntur;
queis incumbenois fastigiati tec-
ti altitudo superaddenda est. Hac
autem dimensionum ratio cui-
vis adhibito circino palàm fiet.
Licet autem latexitia om-
nino sit, & planè cocilis, ut
modò dicebamus, firmissimam
eam tamen, ac si vim maiorem
excipiàs, in æuum duraturam
facilè quivis videxit.
Subous contignationem
Teneitella singulari atque indif
ferenti ordine per quaterna
Fem-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Templi latera procurrunt aëri
potius admittendo quam illuminande
Ædi: Sunt enim acuminata
neque admodum patentes præterea
gypseis laminis artificiosissimè
tenebratis tantum non occlusa,
ut tenuissimum lumen inmodu-
cant. Totus igitur Ædi splendor
ab occidente in cuius muro sub-
ter eas quas modo dicebamus,
tenæ insuper fenestræ pandun-
tur latè patentes atque adem
quanta est, commodissimè illus-
trantes. Harum autem quæ
mini centrum occupat, eademque
(maxi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

maxima est, binis quæ ab vtroque
latere conspiciuntur aliquantùlum
assurgit: omnes tamen inscrip-
tis Hebraïcis inferius explicandis,
fasciis, ac multiplici anaglypho
ambiuntur & circumornantur.
Meridionalis & Aquilo-
naris Templi murus παράλληλος,
atque invicem sibi omninò corres-
pondens si hebraïcas sententias
quæ fasciis includuntur excipias,
quæ proinde singulatim interpre-
tandæ sunt, reliqua sub vno &
vtrique muro communi nomine
describenda. Nudus autem
Cab

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ab Aquilone et Meridie
paries assurgit ad tricenos circi-
ter pedes à pavimento, nisi quod
in Meridionali quinque olim
Tribunalia fuisse comperimus
aequis intervallis disiuncta, per
quae exterminarum atrio pros-
pectus eisdem in Templum erat,
de quibus inferius sermo recur-
ret, cum ad Gynaecei descriptio-
nem perveniemus.

Ab ea vero Aqui-
lonaris muri parte quam nu
dam hodie [illegible] apparere diximus
et fornicis olim quemadmodum
in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in Hierosolymitano Templo asseri-
bus convertita fuit) subtex te-
nellarum ordinem coronale
ornamentum assurgit initax
Zona per terna Templi latera
procurrens initio ducto ab eo
Aquilonaris muri angulo, qui
ipsum ab orientali diximit,
& in eo Meridionalis angu-
lo desiniens quo iste orientali
muro committitur.

Zona verò quinos cirei-
ter pedes secundum utriusque
muri altitudinem lata, binis
superne atque infeane con-
cludi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cluditur fasciis, continuato itidem opere procurrentibus quibus elegan assimè hebraïca litteræ, non formaceæ sed sectiles gypsoque inculptæ conspiciuntur, ferè palmares & quantum latus est pollex è plano prominentes, ut commodè e pavimento obser vari ac legi possint. Continent autem nonnullos ex libris Paralipomenon, & Davidicarum laudum versus inferiùs quoque à nobis explicandos.

Spatium autem quinorum circiter pedum quod binis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

binis hisce fascijs ab vtroque latere
interclusum diximus, quaternis
secundùm vniuscuiusque muri lon-
gitudinem areis distinguitur, qui-
nis insuper loculis in quibus Gen-
tilitij Castella, et Legionis Regum
Clypei conspiciuntur: altero ta-
men ordine, vt muri centrum
duplicemque eius angulum, nec-
non sub-quadrupla intervalla
Clypei obtineant, quaterna vero
spatia quæ interiacent, area.
Nec silentio prætereundum
est binos illos Clypeos quos in
subquadruplis muri spatijs loca-
tos

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Diximus non Cartellis, ac Leonibus insignes esse, sicut et reliqui; sed unum tantum Cartellum continere infernè crasius instar trunci, supernè in ternas tenuiores turres in morem ramorum desinente, totidem lilijs suprà earum pinnas collocatis, ut singula singulis Fuxibus inniteant. Quod alibi à me observatum id est in Meridionali Templi vestibulo, atque in eis quas mox describemus areolis ei coniecturæ ansam præbuit num scilicet terna illa lilia BORBONIÆ AVGVSTÆ DOMVS Genti-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Gentilitium ✓tegmma designent,
& Blanchæ eiusdem ſtirpis ger-
mini patrentissima atque inno-
centissima fœmina quæ PETRO
REGI nupserat miserandam
vicem initaurarent;
Et quidem per eatem-
pora quibus Templum inædifica
rum fuit, & ſtegmata Castella
Regum eidem imposita Blan-
cham adhuc in vivis agere &
forsam Regi non invisam: unum
Samuelis Levita qui tunc ærario
regio præerant cuiusque impensâ
Templum à cæmentis erectum
fuit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fuit, elogium in Epigrammatis
inferius describendis contentum
apertissimè ostendit. Cum etenim
tam Reginæ quam Samuelis
exitium ad annum tandem salu
tis M.CCC.L.XI. à provatissimis
auctoribus referatur: si hunc qu-
ando Templum inædificabatur
singulari apud Regem gratiâ
valuisse volumus, quod tamen
ex Epigrammatis omninò liquet,
câdem ratione superstitem illam
ac salvam eo tempore fuisse fate
ri debemus. In ea verò rerum
aulicarum facie (quidquid tandem

intrin

(c) 2006 Ministerio de Cultura

intrinsecùs latexet) cui mirum vi-
debitur, quod Judæi, gens scilicet
natura præ cæteris in assentatio-
nem composita, utique conniti
palpum obtrudere studuisset ap-
positis Templo Regis ac Reginæ
clypeis, non tàm eidem ornando,
quàm adversus iniuriam præte-
gendo?

Verum eam non alijs con-
iecturam dijudicandam permitten-
tes, & ad quaternas zonæ co-
nalîs areas unde digressi sumus
redeuntes eas olim in Hierosoly-
mitano Templo elegantissimis

(po

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pomorum ductili auro obductorum
figuris inculptas legimus, cius
generis quę nostrates mutuabo
ab Arabibus bocabulo Beren-
genas vocant. Fuere insuper
aliæ flosculorum non omninò ex-
plicatorum, sed è calice erumpere
gerticorum imagines, fasciâ
quoque superné atque inferné
procurrente, qualem et in areis
nostris conspicimus; haxum verò
binæ quæ singulatim ab utroque
muri angulo quindenos versus
centrum pedes porrigitur areæ
luxuriantia vitium flagella pam-
pinis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

piris redimita multiplicique nexu
invicem complicata referunt,
muro haerentia atque hederarum
instar reptantia, sed ab eiusdem
plano quaternos minimum polli-
ces dissita: binae autem alis totidem
pedes longae quae centrico Cartel-
lae Legum insigni propius
adsidere videntur, moxi ramos
exhibent atque explicata folia
topiarium opus referientia; tan-
ta utrumque -obi- artificis dexteri-
tate ac laboris pertinacia, ut vel
calce obducris, id est nativo colore
et eaquis pridem in foliorum

coxis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

oxis expressa fuerat acie destitutis,
suus usquè dum operit conifer
honos nec vulgaris quidem.

Utraque autem fascia
necnon quaterna quas dicebamus
areas certis ac definitis interval-
lis multiplici pomorum ordine
quincuncem ad quin#cuncem directo circumor-
natum, quæ tamen sorobyli, aut
nuces pineæ sint, an cupressinæ,
seu alius coniferarum arborum
fructus, ægrè internoscas, adeo sunt
crassissimâ calce deformata, et
tantum non obducta.

Fascia verò infra Zo-
nam

Zonam proximxens in Aquilonari
muro ab Angulo qui eundem
ab Orientali diximus Davidicam
laudem exordiur quæ Hebræis
xcIx^a. est, invulgatis autem nos-
tris nonagessima octava numera
tur, cuiusque initium-

יהוה מלך ירגזו עמים

id est

Dominus regnavit contremiscant Populi.

Seu potius irascantur quemadmodum
Interpres Vulgatus habet; Cam
autem laudum quanta est non
intexrupto opere ad ipsius finem
perducit cuius postrema verba
(=אל

(c) 2006 Ministerio de Cultura

אלהינו: id est Deus noster in eo
muri Aquilonaris angulo desi-
nunt, quo occidentali iungitur.
Inde per occidentale tem-
pli latus non recta ut hactenus
procurrens, sed ternas quas dixi-
mus fenestras nunc ab inferiore,
nunc à superiore parte circum-
ambiens, & multiplicem angu
lum conficiens sexagesimum
Davidis Psalmum (qui tamen
Hebræis sexagesimus primus dici-
tur) ab eiusdem epigraphe
incipit quę talis est

למנצח על נגינת לדוד

(id

Id est

Victori super modulationibus David.

Pergit autem à Psalmi initio

שמעה אלהים רינתי הקשיבה
תפלתי:

Quod Hebraïco more prolatum sonat

Ximhá Elohím rinathi
Hakxibath thephillathi.

Sensus autem prout Vulgatâ nostris

Exaudi Deus deprecationem meam:

intende Orationi meæ.

Cuius ideo versûs præ alijs sonum quem Hebraïcè lectus reddit adunge-re visum fuit, ut Hebraïcæ Rhythmices modulata concinnitas nostra

Cium

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tum Eruditorum titillet aures,
plectra movente scilicet Divinæ
Lyræ fidicine.

Totus igitur occidentalis mu-
rus eo quem dicebamus Davidis
Psalmo impletur continenter pro
currente usque ad initium pos-
tremi versûs בן אזמר ה id
est: sic Psalmum dicam: quarum
prima vox בן seu sic extremam
occidentalis muri partem obtinet
qua Meridionali committitur;
אזמרה verò id est Psalmum
dicam. Meridionalis muri faciem
initium facit, neque hinc procul
ad

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ad Orientem ſcilicet, integer ver-
ſus et Pſalmus quem dicebamus
abſolvitur, in illis verbis: יום
יום id eſt die die ſeu prout in
noſtris codicibus legimus de die
in diem. In ſuperſtite autem
Meridionalis muri parte cen-
teſimus tricesimus ſecundus
Davidis Pſalmus (qui Hebræis
133.us eſt) cum eiusdem ins-
criptione legitur. Inscriptio talis
eſt

שיר המעלות לדוד

Cuius ſensus eſt

Canticum graduum David

Pſal-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Psalmi verò initium,

הנה מה טוב ומה נעים

id est

Ecce quam bonum & quam iucundum

Quem Psalmum continentem inse-
quitur & ad finem perducit.

Inde verò vlterius in orientem
procurrens rursùm Psalmo centesi-
mo vigessimo (Hebræis 121.) initium
facit prepositâ eius epigraphe

שיר המעלות *seu* Canticum
graduum, *quâ finita Psalmum exor-*
ditur

אשא עיני אל ההרים

Id est

Le-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Levabo oculos meos in montes.
Cumque ad versûm octavum perdu-
cens in eiusdem primis verbis
יהוה ישמר id est Dominus
custodiet inferior Zonæ fascia
adversum Meridionalis muri an-
gulum ideſt Orienti Soli propio-
rem, pertingit, ibique desinens
claudicat.

Superior autem eiusdem
Zonæ fascia per eandem qua
inferior orbitam, recto tamen ubique
gradu decurrens in Aquilona
ri quidem Templi muro qua
parte Orientali coniungitur à
Versu

Versu VIII Capitis XVI. Libri I. Paralipomenon exordiour in hunc modum:

הודו לי׳הוה קראו בשמו הודיעו

id est

Confitemini Domino, invocate nomen eius notas facite &c

Pergit autem continenti Ordine ad eius muri extremum in cuius angulo decimus octavus eiusdem Capitis versus legiour

לאמר לך אתן ארץ כנען

id est

Dicendo tibi dabo terram Chanaan.

Inde autem per occidentalem murum supra

-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

supra fenestras procedens sequentes
eiusdem Capitis versus continet
usque ad vigessimum tertium
cuius initium in ipsius angulo
Australi plagæ obverso conspi-
citur

שיהו ליהוה כל הארץ

id est

Cantate Domino omnis terra

Integram denique Meridionalis
muri longitudinem sequentes eius-
dem Capitis versus ad finem usque
trigessimi secundi non interrupto
ordine occupant, in cuius verbis

כל אשר בו

id est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

id est

Omne quod in eo.

Et eius muri spatium & integer superioris Zonæ fascia cuncta absolvitur.

Quoniam verò bona pars eius Cantici. quod in superiori Zonæ fascia contineri diximus eodem fere verbis ac in Lib. I. Paralipomenon, in Psalmis quoque nonagesimo quinto & centesimo quarto nec non in Isaïa legitur: admonendus est Lector non ex his locis in quibus carptim tantùm cantici verba sunt, sed ex eo quem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quem diximus Paralipomenon libro,
ubi continuato ordine universa
fascia superioris inscriptio conti-
netur, sententiam desumtam,
atque ad eam normam, si forsam
hæsitaverit conferendam.

Suprâ binas autem Zo-
næ coronalis fascias quas modò
descripsimus series fenestellarum
assurgit ad summum usque
muri fastigium continenti ordine
per quaterna Templi latera
procurrens: sunt autem in
Aquilonari & Meridionali
muro novemdecim designati locu-
li

(c) 2006 Ministerio de Cultura

loculi fenestellarum speciem refe
rentes, per quos tamen lux aut
æris flatus ædibus inferatur om-
nino octo. Superstites undecim
ornatum tantùm atque ordinis
continentiam faciunt, eâ tamen
omnes ratione ac lege dispositi,
ut binis ab utroque muri angu
lo in centrum procurrentibus
coniunctim obductis et maceriatis,
reliqui patens cum occluso alterna
tim procedant

Singuli autem loculi
præter ipsorum fastigium quod à
columellarum capitellis multiplici

(c) 2006 Ministerio de Cultura

he-

misericordias tuas. Id circo nomen tuum sub Imperio tuo implebit,
atque ambiet eam & eliget eam sibi Dominus in lętitiam vi-
corum tuorum Domum Sęculorum, ut stet, & ministret
nomini Domini ipse & filis eius in sempiternum & faciet
cum eo.

65

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura



(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Fenestellarum Ordo.



BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

hemicyclo intersectum acumina
tur, singulis item ab utroque
latere columellis includuntur, eo
tamen ordine ut quæ priori loculo
dextra est, sinistram proximè
sequentis secundum scapi lon-
gitudinem contingat, et utraque
quamquam duplici loculo coxes-
pondens, simplici innitatur basi:
quo fit ut binis quibusque colu-
mellis, singulæ tantùm bases
substratæ atque attributæ sint.

Id denique muni spa
tium quod à columellarum capi-
tellis ad fenestellarum faitigium

Ad

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ad contignationem reliquum est mul-
tiplices ostioli atque alia id ge-
nus anaglypha continentex ornant,
elaboratissima tamen et Phrygio-
nicum planè opus referentia
Atque hactenùs latentia
Templi moles assurgit, cui per-
petua iacentium crassorum ra-
bium ac secundum capita ve se
contingentium series incumbit,
tecto videlicet excipiendo subsira
ta. Trabes verò maxima sui
parte muris secundum eorum
longi. ~~Crassi~~ longitudinem immissa atque
conclussa semipedali tantum
spa-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

spatiò è plano prominent, eoque
infernè reducto, atque introrsum
in acclivitatem lenitèr inclinante assurgente
ut Epistylij formam referant.
Cam ego trabium seriem quod adem
quanta est ambiat, eiusque ve
lut tempora rediniat, regium
Vniversa interioris Domûs
diadema non iniuriâ dixerim.
Sanè verò ab Hebræis hoc eti-
am nomine honestatam fuisse,
ex ijs quæ mox explicabimus
Epigrammatis palam fiet.

Obversam autem & di
trabium faciem, quæ subfusco co-
lore

(c) 2006 Ministerio de Cultura

colore est, Hebraicæ litteræ candi-
dissimæ in ea depictæ undique
conspiciant, versiculi palmares qui-
dem, et quæ è pavimento obser-
vari ac legi commodissimè pos-
sint. Ab eo quidem orientalis
muri angulo, quo illa ille Meri-
dionali iungitur exordia inscrip-
tionem continens Psalmi octoges-
simi tertij (qui Hebræis octoges-
simus quartus est)

למנצח עלהגתית לבניקרח מזמור

id est ad litteram

Victori super Haghitith filijs Ko
rach Psalmus.

Seu quemadmodum in Vulgatis

Bi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Bibliorum Codicibus legitur:
Pro Foxcularibus filijs Corè Psalmus.
Inde autem ab initio Psalmi pro-
cuxentes

מה ידידות משכנותיך יהוצבאות

id est

Quam dilecta Tabernacula tua
Domine exercituum.

Seu potius Virtutum prout Vul-
gatus interpres habet, Superstes
eiusdem muxi spectium occupant.
Inde per Aquilonaxem &
occidentalem muxum non inter-
rupto ordine gradientes, subtxi-
plam insuper Meridionalis par-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

partem obtinent, ibique Psalmum absolvunt

Hinc demùm absque intervallo per eundem murmur progressa nonagessimum nonum (qui Hebraeis centessimus est) Psalmum rursùm ordiuntur præpositâ eiusdem Epigraphe

מזמור לתודה

seu

℣ Psalmus pro confessione

Quæ finita Psalmum inchoant

הריעו ליהוה כלהארץ

id est

℣ Iubilate Deo omnis Terra

Cumque

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Cumque usque ad finem peraducen-
tes in extremo Meridionalis muri
angulo desinunt, quo in loco ins-
criptionem Palmi Octogesimi Ter-
tij initium capere diximus, nullo re-
licto penitùs intervallo. Atque his u-
triusque Aquilonarîs scilicet et me-
ridionalis Templi muri descriptionem
integrè contineri puto, nisi quod in
hoc quinque superunt mox expo-
nenda fœminarum Tribunalia.

Ad illam verò Templi fa-
ciem nos convertentes quam soli Oc-
cidua extrinsecùs obversam, lumen
ædi immittere diximus ea tenus
fenes-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fenestris multiplici anaglypho cir-
cum ornatis, binis que illis fascijs
ab utroque Lon∞ latere procurren-
tibus conspicua est. His autem
incumbit fenestellarum series co-
dem proxius opere quo in reliis
alijs Templi latexibus, nisi quod in
occidentali octoni tantum loculi cons-
piciuntur, quibus in oxientali toti-
dem è regione respondent.

Ima denique occidenta-
lis muri pars in qua דביר est
Debir seu Sanctum Sanctorum
locus scilicet totius ædificij sacratis-
simus, nec nisi Sacerdotibus perviis
olim

(c) 2006 Ministerio de Cultura

olim fuerat, et ubi Axeæ fœderis,
arcæ Thymiamatis, mensæ panum, et
reliqua Davorum simulacra reposi-
ta fuisse oportuit, duplici nunc alio
concluſa muro Calatravensium, et
Alcantarensium Equitum Chaxto-
fylacijs superioribus annis attribu-
ta fuit quem usque dum usum
præbet, mortalium paucissimis pa-
tens: quasi fatalis loci Genius, et
innata vese occultandi indoles, nè
purgatis quidem sub lege Nova ve-
tustatis Hebræorum ritibus, ut
tandem libertate aurâ fruerentur ad-
duci ullo pacto potuerit.

Hanc

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

M2

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hanc ideo religiosissimam totius ædificij partem intactam invitissimè relinquens atque æquè ab ea divulsus; ad illius qui in Oxientali Templi latere adversus est murus expositionem accingor.

Quia vero non eà sum confidentiâ, aut dicendi copiâ ut eum quantus quantus est eruditorum mentibus insinuare posse rudi scilicet calamo putem: ideo ipsum Spectatorum oculis à Dionysio itidem Talomario Iunioris Francisci fratre germano, nec patri degenere exactissimè adumbratum sub

jicere

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura



Altàr mayòr de la Iglesia de S. Benito llamada Santa Maria del Transito.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA PÚBLICA
DE
TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

jecere circum fait, ad- *Vide fig 3*
jecta eorum, quæ non
illicò sese prodent, ex-
plicatione.

B

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA PÚBLICA
DE
TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

jicere visum fuit, ad- Hic. fig. 3.
jecta eorum, quæ non Altar m.r
illicò sese prodent, ex-
plicatione.

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

MOREDO
DE
BIBLIOTECA PARTICULAR

Primum autem omnium subtex-
continentem coronidis ac fenestella-
rum seriem, quas pex quaterna-
Templi latera procurrere dicebamus
superstes Orientalis murus ad octo-
nos circiter à pavimento pedes in-
terna fere æqualia intersè spatia
divisus est, quorum fines venæ se-
gunt ac discernunt fasciæ Hebrai-
cis item litteris insculptè eiusdem
proximus operis ac priores aliæ: non
tamen transverso gradientes or-
dine, sed à sinistro interioris muri
angulo surstùm rectà versè attollen-
tes, à dextro vero ad perpendicu-
lum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lum delapsę, ea scilicet lege atque oxationis sententia quæ infexius à nobis exponenda est.

Medium autem id est centricum muri spatium ceù dignius et augustius cętexis legis Mosaicæ id est Pentateuchi Saexarium fuit in quo ille Hebræis adoxandus proponebatur, non quidem eâ formâ qua libros passim compactos videmus sed ex pluribus membxanaceis plagulis in moxem telę linęę assutis confectus, ac binis ab utroque extxemo buxeis bacillis oxnatus complicatusque

(c) 2006 Ministerio de Cultura

instar pxiscorum voluminum ar-
genteo insupex pomo singulis ba-
cillis addito quod umbilici formam
referret. Talem ipse non semel A-
venione cum essem conspexi ac sedu-
ló observavi, et bona eiusdem ip-
sius Pentateuchi pars quæ olim in
Baleaxis Maioxis Synedxio a-
pud Iudæos in venexatione fuit, pos-
tea verò uxi nostro cessit, eius quo-
que genexis fuisse reliqua huius=
voluminis exempla quæ in Sina-
gogis asservabantux, luculentex
ostendit.

Ei autem Mosaicæ legis volu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

volumini condecens in muro locu-
lus attributus est, secundum eius-
dem crassitudinem excavatus, formâ
quadrâ, oblongâ tamen, quod fas-
ciarum loculum complectentium
ratio exposcere omnino videtur.
Etenim purgato veteris legis fer-
mento, cum in ipsius loculo ve-
ra Arca fœderis Beatissima sci-
licet Virgo Maria deincepr col-
locata fuisset, idque muri spati-
um Axę Christiani templi ma-
ximę attributum, adiacens eidem
tabernaculum intercesit, et quo
minus intimos Hebraïci Sacrarij
recef-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

xecessas prout in votis erat intu-
êxen prohibuit.

Hanc ob causam ad
ea quæ axę maxima aspidexe vi-
dentur spatia deveniens bina sim-
plici Oxationis filo complectar, e-
tenim' vtriusque exornandi ratio
ad unius exempli normam con-
formata est. Et primò quidem
à fenestellarum ordine per vtram-
que axę maximę latus ~~tota~~ universa muri
superficies tot anaglyphorum ge-
neribus convestita est, ut si vni-
versa singulatim eloquio perse-
qui velis frustra ris. Præcipuum
vexò

(c) 2006 Ministerio de Cultura

verò quod in utroque spatio emi-
net ornamentum appensi aulæi
formam exhibet octonos cincitex
pedes patens, quadrumque, sed
duplo tamen longius quam pro
latitudinis modo. Fascijs autem
quas dicebamus interclusum
& planè stans ampla circum-
ornatur fimbriâ ramulis inter-
se elaboratissimè complicatis
texta, et velut acu picta.

Centrum autem aulæi
duodecim orbiculares obtinent a
reolæ patulis scyphis in eisdem
inclusis è quibus flosculorum
(mani-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

manipuli factitiorum scilicet, vi-
dentur erumpere. Verùm quater-
ne reliquis depressiores eædem que
3 minores vacuum intrà se spati-
um faciunt Hebraïcis quæ imæ
aulæi fimbriæ incumbunt Epigram-
matis collocandis, queis demùm
Insigne Castellæ ac Legionis Re-
gum impositum est, nec non binæ
illæ Turritæ arces quas teanis ad-
iectis lilijs superius ornatas dixi-
mus.

Infrà aulæum tandem quod oxi-
entalis muri reliquum est, ad utrum-
que axis maximæ latus grandiox
axea

(c) 2006 Ministerio de Cultura

axea conspicitux, iacens quidem, tamtumque longa quantum aulæum latum est, planè ut istud axeæ incumbexe ei que inniti videatux, cuius sententiam, quâ duodenis Hebraïcis lineis exaratux, nec non binoxum quę inferioxis aulęi fimbxiæ insidexe diximus Epigxammatum, mox dabimus.

Sex autem fascice quas itidem in oxientali muxo conspiciuas esse dicebamus ab ea paxte quæ propiùs Mexidiem est, ab imis aulęi angulis pex utxumque latus texno oxdine xectà conscendentes, hinc

hinc transversè à Meridie ad sep-
tentrionem supra loculum seu a-
xam Templi maximam procur-
runt. Deinde vero per utram que
oxam eius aulæi, quod in adversa
murii parte è regione prioris col-
locatum est ad perpendiculum de-
lapsæ, & in aulæi angulis ad i-
ma Castella desinentes triplicem
Π Græcorum litteram conficiunt, qu-
arum maxima mediam, hæc vero minimam
suo texnis latexibus ambit. Txes
autem cum sint omninò fasciæ,
ascensu ac descensu suo geminatæ
duplices, id est seno spectatoribus
ap-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

apparent.

Quoniam verò particulatim explicandæ sint, nè vocabulorum communio confusionem pariat certis eas, ac proprijs nominibus perpetuò appellandas censui, videlicet exteriorem interiorem, et intimam.

Intima omnium depressima est atque maxime perpetuò hærens, quod eam intimè circundet ita dicta. Interior à dextro aulæi latere incipiens, intime quidem iuncta conscendit, altius tamen aliquantò provecta disiungitur atque

que

(c) 2006 Ministerio de Cultura

atque illam complexu suo ambiens,
rursùm eidem in descensu coniunc-
ta ad imam aulæi fimbriam pex-
venit. Exteriox demum atque om-
nium maxima ei angulo quo Oxi-
entalis muxus Meridionali com-
mittitux adhœxens usque ad fe-
nestellaxum oxdinem ascendit.
Hinc transversè à Meridie ad
Aquilonem tendens ac pex ad-
versum muxi angulum rectà des-
cendens binas prioxes alias, &
quidquid in Oxientali latexe sub-
tùs fenestellas ornamenti est
ambitu suo complectitux, congruo
utri-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

utrique autẽ ex subiectis Hebraï-
cis Epigrammatis vacuo spatio
relicto.

Ca vcxò, id est exterior fas-
cia ubi primum ascendit à Psal-
mo centesimo decimo, qui Hebræis
centesimus undecimus est, exor-
ditur, præposito Alleluia prout in
hebraïco exemplari legitur in hunc
scilicet modum.

הללויה אודו יהוה בכל לבב בסוד
ישרים ועדה

id est ad literam.

Halleluiah Confitebor Domino in toto

(Cor-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Corde: in secreto rectorum et con-
gregatione:

Seu prout in vulgatis codicibus.
Confitebor tibi Domine in toto corde meo:
in consilio iustorum, et congregatione
Pergens autem usque ad ex-
tremum eius Psalmi versum,
quem in transversaria linea
complet rursum incipit Psalmum
quitam nobis quam Hebraeis
centessimus quadragessimus octa-
vus est proposito item Alleluia
prout horum codices habent

הללו יה הללו את יהוה מן השמים

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Id est

Halleluiah. Laudate Dominum

de coelis.

Inde autem usque ad hemistichium

versùs decimi tertij progrediens

הורו צל ארץ ושמים

id est ad litteram

Confelsio eius fuper Terram et

Coelos.

Quæ verba in vulgatis noſtris

inverso, imò recto ordine leguntur:

Confessio eius Super Cœlum et Terram

Ibi sistit, et reliquum quod

est Exterioris Faciæ Spatium his

hebraicis vocibus absolvit — =ה'

id

(c) 2006 Ministerio de Cultura

יהוה הוא האלהים יהוה הואה אלהים

id est

Dominus ipse Deus, Dominus Ipse

Deus

Quæ postrema verba ex Psalmo
Iubilate Deo *nonagesimo nono ver-*
su tertio mutilata sunt forsàn,
quamvis ibi semel tantum le-
gantur. Illa vero duo Deus et
Dominus *compendiarijs notis*
exprimuntur solemni Rabbino-
rum more.

Fasciæ autem interiores
et intima quæ nobis exponenda
veniunt nonnullis Psalmorum

(cen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

centunculis intexse consuris consi-
tant, quarum tamen ἀνάλυσιν
aggredimur. Verùm quia arcæ
maximæ Tabernaculum, &
Corona eidem imposita sæpissimè
lectionem interrumpunt, &
sententiam impeditam reddunt,
complura magis quòd præcedentium verborum series, et oratio-
nis contextus ita exposcant, quam
quòd ea legerim aut vspiam oculis lustraverim in medium profe-
ram.

Exordiar itaque interiorem
fasciæ à Psalmi quinti versu
octavo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

octavo in hunc modum

ואני ברב חסדך

id est

Et ego in multitudine misericor-
diæ tuæ.

pergitque ad finem eius versûs,
nec ultrà in eo Psalmo progressa,
denuo incipit à versu decimo qu-
arto Psalmi sexagesimi octavi,
qui Hebræis sexagesimus nonus
est

ואני תפלתי לך

id est

Et ego Orationem meam ad te
quem etiam versum absolvere
videtur,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

videtur, nec vlterius in eo Psalmo pro-
gredi vs ex intervalli mensura ve-
rosimillimè conijcio: nam modico in-
terjacente spatio emergunt è taber-
naculi corona hæc verba

פלחיתקד־מך

quæ præposito ת in hunc modum res-
tituj debent

תפלחי תקד מך

id est

Oratio mea præveniet te —

pertinent autem ad versum XIV.
Psalmi octogessimi septimi, qui
Hebræis octogessimus octavus
numeratur. Manifestissimè
autem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

autem indicant integrum cum ver-
sum in obducto fasciæ tractu legi
debere, scilicet

Et Ego ad te Domine clamavi: et ma
ne Oratio &c.

Tandem ad extremum con-
tinenter procurrens fascia in hæc
verba cursum suum absolvit, quę
tamen unde petita sint ambigo

ואני בטחתי אצפהואח יקר
הלילקי ישעי ענני בשחק ענני

Latio autem donata

Et Ego in Domino sperabo: ipse (est)
robur, laus &c Deus meus salus mea pro-
tectio mea Dominus, protectio mea Dominus

(Intr

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Intima tandem atque arcæ Tem-
pli maximæ incumbens fascia
à Psalmi XVj qui Hebræis
XVij & initium ducens hac lege.

תפלה לדוד שמעה יהוה צדק הקש-יבה רינתי
רינתי

id est

Oratio Davidis. Exaudi Domine justi-
tiam (meam) intende deprecationem
meam.

Post absolutum eum versum rubris
arcæ coronam immergitur, et exinter
vallo aurorsùm prodiens hæc pri-
mùm verba conspicienda exhibet

תבוא לפנך תפלתי =

id est

In-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Intret ad facies tuas Oratio mea.
Quæ initium continens versûs
secundi Psalmi Domine Deus Sa-
lutis meæ qui in vulgatis nos-
tris LXXXVII. in Hebraïcis autem
exemplaribus LXXXVIII. numera-
tur ut verisimile sit, primum
eiusdem Psalmi versum, & he
mistichium sequens in obducto s-
patio fasciæ spatium solemnis
illa in Hebræorum ad precationibus
formula complet

אמן סלה

id est

Amén seláh.

Quorum

86
(c) 2008 Ministerio de Cultura

Quorum verborum vti prius
nēdum Latinis sed et Hispanis
nostris notissimum est, et in
eodem sensu usitatissimum: ita
posterius non solum Viris Hebraï
cè doctissimis sed neque Hebræis
ipsis inquo demum sensu usur-
pandum sit exploratum hactenus
est, ut eodem prorsus sono quem
Hebraïcè prolatum reddit in La-
tinum sermonem à Pagnino et
alijs convertatur.

Atque hactenus de orienta-
lis muri fascijs. Deas autem
areolas quas imæ utriusque aulei

fim

aulæi fimbria incumbere diceba-
mus transitum ~~facientes~~ tacto cas pri-
mùm eruditis spectatoribus vis-
tere visum fuit, initio facto ab
illa quæ propiùs Meridiem
est cui illico subiungemus aliam-
que Aquilonari plagæ immi-
net. Id enim Hebraïcæ scriptio-
nis ratio, et coherens utrius-
que sententia exposcere omni-
nò videntur.

BIBLIOTECA PUBLICA
DE
TOLEDO

(Quæ propiùs

(c) 2008 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA NACIONAL
DE
MADRID

Quæ propiûs Meridiem

ראו מקדש אמר נקרש בישראל
והבית אשר בנה שמואל
ומגדל עץ למקרא רת בתוכה
ותורתיו ועטרתיו למואל
ומזרקיו ונרותיו להאיר
וחלוניו כחלוני אריאל

Quæ propriûs Aquilonem

ועזרותיו לשוקרי רת תמימה
ומושב לכל יושב בצלאל
וכמעט יאמרו רואיו רמות זה
רמות מעשה אשר עשה בצלאל
לכו עמים ובואו תוך שעריו
ודרשוא והוא ביתא כבית א

restitue ובית

Eadem Hebraïcè prolata ut Rhythmus observetur.

Reú mikdax axér nikdax biisraél
Vahabéth axér banáh Xemuél
Vemigdál ħèts lemikra dath bethochà
Vethorothàu veħatarothàu lamó el
Vemizrakáu venorothàu lehaír
Vachalonau chach alone Ariel

Vehezrothàu lexokdè dáth themimah
Vbeth moxàb léchol ioxeb betsalél
Vehmeħat iomerù roeau damoth zèh
Damoth mahaséh axer hasáh betsalél
Lechù ħamim uboù thóch xeħàrau
Vedirxù èl vehù bèth èl ché Bethèl

NB. Quoties ħ littera transversâ linea notatur paulo densius aspirari debet in eum fermè modum quo eam Bæthici efferunt.

Eadem Latinè ad verbum.

Aspicite sanctuarium quod sanctificatum in Israel
Et domum quam ædificavit Samuel
Et Turrim è ligno ad lectionem statuti in[1] medio eius
Et Leges eius, et coronas eius. Illis Deus
Et vasa eius et Candelabra eius ad illuminandum
Et fenestras eius quomodo fenestræ [2]Ariel

Et adiutoria eius custodientibus legem perfectam
Et domum habitationis omni habitanti in [3]Tsalél.
Et penè dicent videntes eam similitudo hæc
Similitudo Operis quod fecit in [3]Tsalèl
Venite populi et ingredimini medium portarum eius
Et querite Dominum et hęc Domus Domini quomodo-
4 Bethél

1 Vide inferius scholia nostra
2 Ariel id est Leo fortis seu Leo Dei
3. Tsalèl id est Umbra Domini
4. Bethèl id est Domus Dei.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sunt autem duodenæ quæ in
areolis continentur lineæ totidem
hexametri versûs nedum ad
Rhythmi modulum, sed ad He-
braïcæ metrices leges aptati: Quia
verò præcedens eorum interpre-
tatio ut pote secundum occidentem
litteram ieiuna cuivis, & sub-
obscura videbitur, aliam adiun-
gere placuit paulo latiniorem
& versuum vententiæ congru-
entiorem quibusdam etiam addi-
tis scholijs.

BIBLIOTECA PUBLICA
DE
TOLEDO

Aspicite

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Aspicite sanctuarium quod consecratum
est in Israel et Domum quam extruxit
Samuel et Suggestum ligneum ad annun-
tiandam Legem (A.) In medio eius: Domûs insu-
per distributionem et ornatum quîeis planè
Deus ineit: Item vasa et Candelabra eius
ad illucendum Domui, et fenestras illius
similes quæ olim fuerant in (B.) Ariel
id est in Templo Salomonis.

Considerate quantum præsidij Domus
allatura sit his qui custodierint legem
perfectam Domus inquam habitationi
preparata omni habitanti in (C.)
Tfalél id est sub protectione Domini cuius
maiestatem cum viderint prope exit
ut mirabundi exclament simillima est
profectò ei quam extruxit (Salomon)
in Tfalel. Venite ergo Populi &
ingredimini ac lustrate interiora eius,
et quærite Dominum: hæc etenim Domus
est Domini sicut (D.) Bethél.

BIBLIOTECA PUBLICA
DE
TOLEDO

(Scholia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Scholia

(A.) In medio eius *Hebraïcè* בתוכה. *Sic lego sed invitissimus. Planè ut* בתובה *id est* Scriptam *legi potiùs debeat, cum Epigrammatis sententia, tum etiam Hebraïcæ Grammatices ratio omnino exposcunt: etenim* ה *affixum femminei generis nec ad* בית *id est* Domum, *nec ad* מגרל *id est* Turrim *neque demum ad* מקדש *id est* Sanctuarium, *commodè referri potest, quia ea Hebræis masculina sunt ut hoc pacto soloeca fiat oratio ac* τῆς ἑναλλαγῆς *ope fulciri debeat. Sed omnino* בתובה *id est* In medio eius *in Epigrammate legi non semel nec sine admiratione observavi, idque apertissimè. Imò cum pridem artificis fortasis lapsu* בתורה *legeretur id est in lege, correctum,* ר *in locum* ב *litteræ* ב *suffectam fuisse deprehendi exavâ scilicet infernè aream superficie, atque altius* (utrimq) *excavata ut una* ב *litteræ pars non nihil prominaret.*

מגרל
Turrim

(B.) Ariel *id est* Leo Dei *seu Leo fortis utrumque etenim vox illa significat. Eo autem nomine Salomonicum Templum vocatum fuit, quia universa eius fabrica inclusis atrijs ab Oriente quam ab Occasu latior Leonis formam referebat qui pectore quam tergo crassior est.*

(C.) Tsalél *appellativè positum* Vmbra Dei *interpretatur: nonnulli tamen ad Hierosolymorum Vrbem referunt eam vocem, alij ad aream in qua Salomonis Templum ædificatum fuit, quod ea ab Occasu inumbraretur à* Monte Sion, *qui* Mons Dei *unde* Vmbra Dei *dicta.*

(D.) Bethél *id est* Domus Dei: *Locus à Jacob primum hoc nomine appellatus, cuius ratio notissima est.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Binæ tandem eæque maximæ quas
pridem subtùs-inferiorem aulæi
fimbriam iacere diximus areæ su-
persunt nobis explicandæ quò de-
mùm nostri qualiscumque laboris
summa redit. Etenim priores illæ
quas modò descripsimus siccum
nactæ muri spatium et ab iniuria
tutum, quamquam gypseæ sint
in marmoris tamen speciem
duratæ spectabiles usquè, et si
unum aut alterum fortuitum
ictum excipias integræ conspici-
untur; his vero de quibus agimus
nèdum depressius ac proinde in-
iuriæ

&c Aqui Las Inscripciones faltas restituydas, interpretadas, y con sus Escolios

Quæ propiûs Meridiem

קסדי יי כעל אשר גמלנו אשר הגדיל לעש [illegible]
אויבים וצרים אם אין מלך בישראל לא השבית לנו גואל הוא מעו והמגדל אשר מיום גולת אריל לאקם כמוהו בישראל משל שלר
יוחסין ואצלמאצלי הארץ מנשיאיהו מאדיריה העומדים כפיה אופן הגדולה יסוד המשרה והמעלה לשם ולתפארת ולהחלק
נוד עשמו בישראל מיום היותו על אדמת ולפני מלכים ית יצב להיות עומד בפרץ ודורש טוב לעמו ראש גולת אריל מבחר הנגידים עטרת
חזכן וגדול ליהודים ליו גוים יבואו מאפסי ארץ לקום על נתיבות ולגדור פרץ הוא השליט על הארץ האשל הגדול מבצר עוז ומגדול
על לב מעלות המשרה כפי מהללו גדלו קדשי אמרו עמוד הימני אשר בית הלוי ובית ישראל נכונים עליו ומייו כל לספר מהלליו ומדותיו ומעלליו
מיו כל למללו מ שיגלג מוראת ההלל צניף המשרה יקרת ההדר העומד בראש הסדר נשיא נשיא הלוי השמואל הלוי
הגבר הקם עליה ילקיו עמו ויעל מצא חן וקסד בעניה נשרה גדול גדול הכנפים איש המלחמה ויאיש הבינים נפל
פחדו על כל העמים גדול שמו בגוים המלך הגדול נו וגבירנו **המלך דון פדרו** יהי אלקים בעזרו ויגדיל
חזקו והדרו ושמרו ברו עה עדרו גדלו המלך ויגשאו והקים את כסאו מעל כל השרים
אשר אתו מפיקים ויתן בידו כל אשר ידיו לאירים אישאת ידו ואתרגלו וישתחו ולואפים האצילים
להיות גבור להם וכוח בכל הארץ מן העם שמע יצא בכל הממלכות שמעו ויהיל ישראל למושיע

claro coraiado

Quæ propiûs Aquilonem.

רתם לוצאת ומלטם בימי צריו מיום גלותינו לא הגיעלרוממות ואחד מכל בני ישראל
שים אילן ששך שאמרו בין הא יש הגדול החסיד הצדיק נשיא נשיא הלוי
הליום סאן והחברה יהיו צלמת הלכת ויצקה מקה יקיהת והמולומריה משיב
מוהו בימים ראשונים ובשנים קדמונים אין יום כיר טמתת אלקים איש
מו והגביה והסיף והגדיל על כל אילהם לבנות בית תפלה לשם יי אלקי ישראל
יחל לבנות הבית הזה ואתנוה לשכן את הבית ויכלהו בשנת טוב
ברשית בראאלקים את קלותות ושבחות גדולות לאשר עזרה ולהחל
יגדול כבוד הבית הזה לאראו כמהו עינים ולא שמעו אזנים אין והכי אסבית
חמיך ולמען שמך בידך המלאה והרחבה וברהלו אלקיו לטובה יאריך
ית עולמים לעמוד לשרת בשם יי הוא ובניו כל הימים ותעשה עמו
ותיו על הבית הזה יהיו עיניך פקוחות ואזניך פושהות לשמיע אל הרנה
לי ימצא וחן בעיניך לבנות מקדש אריל ולהוש יעיודהו ישראל ובאלציון גול

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Como està aqui se halla en el original

רתם לו [illegible] מלטם [illegible] מיה צריומיום גלותינו לאה גיע לרוממות ואחד מכל לבני ישראל
שים אילן ששך שיומרוביזה אשר הגדול החסיד הצדיק נשיא נשיאי הלוי
הליום סאן והחברה [illegible] יהיו צלמת הלכ מקה יקיהת והמול ומריה ממשיב
מוהוביים ראשונים ובשנים קדמונים אין [illegible] טמתמ אלהים אי ש
מו [illegible] והסיף והגדיל על כלאי [illegible] לבנות בית תפלה לשם [illegible] אלקי ישראל
יחל לבנות הבית [illegible] לשכן [illegible] את הבית ויכלה ובשנת טוב
ברשית [illegible] אלקים את קלותות ושבחות גדולות לאשר עזרה ולהחל
יגדול כבוד הבית הזה לאראו כמהועינים ולא שמעו אזנים אין והכיאם בית
חמיך ולמען שמך בידך המלאה והרחבה וברהלו אלקיו לטובה יאריך
ית עלמים לעמוד לשרת בשם [illegible] הואובניו כלהימים [illegible] ותעשה עמו
ותיו על הבית הזה יהיו עיניך פקוחות ואזניך פושחות [illegible] אלה רנה
לי ימצאו חן בעניך לבנות מקדש אריאל ולהי שיעיודה יי שראל ובא לציון גול

רבהיצקויקיהת

ויצקחיק ורב

הזה ואתנוה לשכן
Con esto se suplen los puntos de adentro

פושחות

92

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quæ ad lævam Aræ ad verbum latinè reddita.

Linea. 1

Misericordiæ Domini [et[1] retributiones] Domini quasi excelsi qui retribuit nobis, et qui magnificavit ad faciendum nobis [[2]potentiam et allexiandum pauperes eius, et consurgere fecit nobis Iudices, et Principes ad liberandum populum suum de manu

II. Inimicorum et opprimentium. Si quidem non[3] Rex in Israel. Non[4] cessare fecit nobis Redemptorem. Hæc exaudivis[5] eius et traxis[6] quæ[8] à die deportationis Leonis[7] Dei non surrexit[8] quales ipsa in Israel. A[9] catenis

III. Aprehendit[10] et segregavit ex selectis terræ Principes eius et magnificos eius stantes iuxta[11] os rotæ magnæ, fundamentum principatûs et excellentiæ in nomen[13] et ornamentum et laudem[14]

IIII. Notum[*] nomen eius in Israel. Adie esse ipsum super terram et ad facies[15] regum statuet se ut sit stans in ruptura[16] et quærens bona[17] populo suo. Caput migrationis Leonis Dei. Delectus Ducum. Corona

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TOLEDO

V. Gra-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

¶ Scholia in Versionem precedentem queis phrasis Hebraicæ indoles in eam quæ Latino sermoni nativa est parcè detorquetur, et Sacræ Scripturæ fontes e quibus Epigramma Hebraicum haustum est indicãtur.

I. Lin. ¶ (1) 2) Quæ uncis concluduntur ut plurimum fundibus intercíderunt: nonnulla tamen ex superstite inferiori literarum parte commode restitui possunt quod à nobis ut cumque præstitum est.

II. ¶ (3) Subaudiendum erat. quæ loquutio Hebræis usitatissima. Vulgatus Interpres noster Iudic. 21. N. 24. unde hæc desumpta sunt sic habet: non erat Rex in Israel; Pagninus vero, et Hispanica Amstelodamensis versio quæ Hebraicæ phraseos retinentissima est totidem verbis sententiam absolvit: no Rey en Yſrael. ¶ (4) לאהשבית לנו גואל Lo hixbith lanu goel ex Ruth 4 — 14, id est ut Vulg. Interpres: Non est passus ut deficeret successor familiæ tuæ. Pagninus: non cessare fecit tibi Redemptorem Hisp. Amstelod. No hizo baldar â ti Redemidor (¶ (5) i.e. Pietas. ¶ (6.) Turris arx. ¶ (7) Leo Dei Hebraice אריאל axiel frequentissimè pro templo Salomonico vsurpatur cuius rei nos alibi rationem reddidimus: hic pro Hebræorum dispersione ¶ (8) Quæ Qualis. Loquutio parum latina, quanquam tamen Hebraicus sermo non respuit ¶ (9) A catenis idest à servitute. משלשלת missalxeloth pro משרשרת misxarxeroth ת in ל conversa ex vsu Thalmudico, qui tamen à Chaldaico sermone derivatur. Ezech. 19. N. 4. בשלשלן be xilxelan id est in Catenis.

III. ¶ (10. Aprehendit et segregavit &c. Sententia ex Isaiæ 41. N 9. desumpta: vbi enim in vulgatis habetur aprehendi te ab extremis terræ et à longinquis eius vocavi te. Pagninus reddit: et à selectis &c. Hispanica autem versio: Tetravè de extremos dela tierra, y de Principes della tellanè. ¶ (11) Iuxta es id est in lumine, in ingressu è vestigio, ~~et phrasis phrasi ab Hebræis mutuata~~. ¶ (12) Rotæ magnę id est Coronæ, seu concionis populi frequentissimæ. Hispanice et phrasis ab Hebræis mutuata dela gran rueda, id est junta, àsramblda. Sententia autem integra hæc est: assumpsit magnificos, qui è vestigio conspicui erant in concione, id est qui cæteris excellere videbantur. ¶ (13) In nomen id est in famam, Hispanice: nombradia. ¶ (14) Desumta hęc sunt ex Deut. 26. N. 19. vbi vulg. in laudem et nomen et gloriam. Hisp. por loor por fama y por Hermosura. (15) Ps. 75. 2 Amit.

IV. A die esse ipsum id est à die qua cepit conspicuus esse super terram et ambulare in conspectu Regum. Desumpta hęc sunt ex Gen. 41. N. 45. & 5 sequenti. et quę ibi de Joseph dicuntur, hic Samueli Levitæ accommodant Hebræi: quæ allusio vera est et Hispanos (fideles inquam) Ægyptijs, et Petrum Regem Pharaoni comparat, quamvis illum more palam ad cælum extollat. His Hebræi argutijs, et captiunculis mirè delectantur, ut inferius. ¶ (16) Silicet muri idest ut pro muro stans eiusdem fissuram expleat. Alludit autem ad muros Jerusalem interruptos à Nabuchodonosore. 2. Esdr. 1. N. 3. et cap. 2. 13. quos Nehemias instauravit, et Samuelem Levitam illi similem prædicat. ¶ (17) Totidem Verbis hæc de Mardocheo dicuntur Esther 10. N. 3. Quærens bona populo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

V Gratiæ stabilimentum et amplitudo Judæorum. Ad eum Gentes[18] venient è finibus terræ ad consistendum super semitas eius et ad macerandam[19] rupturam. Ipse[20] dominator super terram. Arbor[21] magna, munitio[22] robur eius. Tuxim.[23]

VI. Perfecit in ascensu[24] principatûs, iuxta[25] os laudis eius. Magnificus et sanctus dicetur[26] illi. Columna dextera quæ Domus[27] Levi, et[28] domus Israel directæ super eum. Et quis potexit adnumerandum laudes eius et mensuras eius et opera eius?

VII. Quis potexit ad enarrandum, aut perveniet ad perficiendam laudationem? Corona[29] principatus pretiosa[29] maiestate. Stans[30] in principio ordinis Princeps[31] Principum Levitarum. Samuel Levita.[32]

VIII. Vix qui[33] continuus est excelsus. Sit Dominus eius cum eo et exaltet (eum.) Invenit[34] gratiam et misericordiam in oculis Aquilæ[35] magnæ[36] magnæ[36] magnæ[37] dierum[38] viri belli et viri medietatis.[39] cedidit

IX

(c) 2006 Ministerio de Cultura

V. ¶ (18) Gentes. Non pro Cthnicis ut passim alias sed Nationes indefinitè. ¶ (19) Muri scilicet. 2 Esdr. 4. V. 7. quod obducta esset cicatrix muri Iexusalem et cepissent interrupta concludi. Hisp. Amit. que subiò medicina à muros de Jerusaleim, por que empezaron los portillos para ser cerrados. ¶ (20) Totidem verbis de Joseph dicta Gen. 42. V. 6. In vulgat. Et Joseph erat Princeps in terra. Hisp.a vers. Y Joseph èl podestador sobre la tierra. ¶ (21) Arbor אשׁל eshel. quamvis in vulgatis frequenter pro nemore usurpetur: etenim Hebræi in arboris significatione perpetuo ea voce utuntur; Nec aliàs verosimile fit nemus iuxta Templum fuisse, angustia loci id prohibente, neque demum Hebræi nemora iuxta aras habere soliti erant, sicut Romani: Lucus et ara Dianæ. Horat. in Art. Saltus autem Libani domo quam Templo salomonis propior fuit. ¶ Fortasis in planicie quæ Fago acclivis est arbor fuit, vallata muro, quod aliter obscurissimum. ¶ (23) id est suggestum, i. e VII. ¶ (24) ut ascenderet Princeps ¶ (25) i. e. Ad annuntiandam laudem eius. Integer autem sensus est: Suggestum fecit quem ascenderet Princeps ad annuntiandam laudem. ¶ (26) id est: magnum et sanctum (Templum) prædicabitur ab eo, magnitudine et sanctitate commendabitur. ¶ (27) id est domui Levi attributa ~~est~~ erat ¶ (28) subaudiendum sinistra quæ. Adnotandum 3. Reg. 7. V. 23. et 2. Paralip. 3 V. 17. quibus Universus Israel significabatur, ut et hic dextera videlicet Levitæ sinistrâ reliquum populi.

VII. (29) צניף Tzeniph id est Corona: quamquam alias ea vox masculini sit generis apud Hebræos; יְקָרֶת: iekareth vero id est pretiosa fœminei sit in statu constructo, quod tamen enallages ope fulciendum: sensus enim non patitur ut admotis aliis vocalibus יְקָרְתָּ: iekartha id est decorasti, aut aliud simile legamus, nisi forsan יְקָרֶת: Fut. Niphal ikareth hoc est decorabitur, pretiosa fiet. ¶ (30) Id est obtinens principatum seu sedem in Cathedra aut suggestu. ¶ (31) Princeps principum Levitarum, uno verbo Archisynagogus archilevita. ¶ (32) Avario Regis Præfectus cui opes, si famæ credimus, exitium attulere: sed æ quas ingentes congesserat malè fortasis parta male quoque cum Domino dilapsa sunt.

VIII. ¶ (33) Ex 2. Reg. 23. V. 1. ad verbum desumpta: ubi eadem de David prædicantur. ¶ (34) Hæc ex Esther Cap. 2. V. 17. mutuasse videtur Epigrammatis auctor. ¶ (35) Aquilam αλλεγορικως pro Rege scribit, quod illa avium Regina sit: Horat. Od. 4. 4. Ministrum fulminis alitem = cui Rex Deorum Imperium in aves vagas, = permisit. ¶ (36) Id est maximæ hac etenim Hebræi repetitione superlativa efferunt quibus carent. ¶ (37) id est brachiorum queis robur constat: Sensus autem integer est coram Rege fortissimo. ¶ (38) i. e. bellatoris Exod 15. 3. ¶ (39) הבינים habinim ad literam Mediatarum; quam vocem scio pro viro forti et duello pugnam transacturo solere interdum usurpari; hic tamen ἀντιφρασεως causa et contraposite ad viri bellatoris. Vir Mediatorum virum intermedium, mediatorem, pacificum significat, id est Viri bello et pace Spectabilis

(34) ? Ex Czech. Cap 17. V. 3. ad literam: aquilæ magnæ &c.a. confirmarunt sudgorum qui Regem Petrum Nabuchodonosori seu Regi Babylonio-
rum comparant. X. P. Gasp. Sanch. in d. Cap. Ezechielis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

? Gen. 21 1. Reg. 3. et alibi.

IX. Terror (40) eius super omnes Populos. Magnum nomen eius in Gentibus (41). (Refugium (42)) nostrum et Dominus noster Rex (43) DON PEDRO vi Dominus in adiutorio eius, et magnifice.

X Robur eius et maiestatem eius et custodiat eum in pascendo (40) gregem suum. Educavit ipsum Regem et exaltavit eum, et eminere fecit thronum suum de super omnium Principum.

XI. Qui ipsum concutientes aut consultantes (43) adversus eum.) Et dedit in manu eius omnia quæ [in desiderio. cordis eius] Præter eum (44) non levabit vir manum suam aut pedem suum. Et convertent se ad illum (45) facies optimatum

XII. [Et glorificabunt (46) eum] ut sit formidudo eis, et robur. in omni terra [à (46) populo usque ad populum] auscultatio (eius (47)) Exivit in omnibus regnis fama eius Et fuit Israeli in salvatorem.

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

IX. ¶ (40) Hęc fortassis ex Iob Cap. 13. N. 11. mutuatus est Epigrammatis auctor. ¶ (41) Superius Gentes pro Nationibus indefinite posuit cum loqueretur de Samuele suo: hic de Rege Petro aliena scilicet relig.ne hom.e sermonem faciens magnum ait esse ipsius nomen in Gentibus, id est uti ego interpretor apud Christianos, id est apud Ethnicos, seu Infideles, idque probxi causa: mire etenim hos Cavillos amant hebręi, et si quem dum is sibi adblandiri per imprudentiam putat, his captiunculis inrecinitur, palmarium putant. Notum autem Christianos גוים goim id est Gentes ab omni nationis ergò ab Hebręis vocatos, pro qua voce post quam eorum libri in aliquibus locis Christianorum censurę subiecti sunt כותיים Chuthiim declinandę invidię causa substituerunt hoc est Cuthęos seu quod eodem redit Samaritanos eo quod hij ex Cutha venerant 4. Reg. 17. 24. X. ¶ (42) Ea vox aut alia non dissimilis penitus intercidit ¶ (43) REX DON PEDRO. Hæc litteris duplo grandioribus scripta sunt in Regij nominis honorem: nec tamen ideo diversa characterum formâ: qualis Græcis et Latinis est in eo litterarum genere quas mayusculas vocant, si cum ijs quas vulgo bastardillas, aut redondillas appellant comparentur: sed eadem proxsus si quantitatem excipias. Hebręis etenim in quovis scriptionis genere quadrato Rabbinico, atque eo quod Cursivum vocant una est eadem que perpetua characterum forma vel initio vel extentiarum aut Librorum quod multories sententiam impedituam reddit. Vox autem ¶ REX Hebraice exprimitur המלך; Hammelech: DON PEDRO, verò prout Hispanicè effertur seu potius sublatis vocalibus DNPDR

X. ¶ (41) Hæc forsan ad Isaiæ 40. N. 11. alludunt. ¶ (42) exudivit constituit, creavit eum regem.

XI. ¶ (43) Quę uncis inchiduntur commode spatium occupant quod olim primitiva litterę obtinebãt, sed hæ penitus interciderunt. Repositum autem est consultantes adversus eum propter civilia bella quę gessit cum consanguineis fratribus et presertim cum Henrico qui tandem eum Regno vitaque exuit, et Castellæ Rex inauguratus fuit. ¶ (44) Prętęr eum, id est absque suo imperio. Hæc ad literam desumpta ex Gen. 41. N. 44. ubi ad Iosephum Pharao: Prętęr te non movebit vir manum suam aut pedem suum. id est absque tuo imperio quomodo in vulgatis nostris. Hispanica autem Versio: y à fuerças deti (a excepcion suya) no alçarà varon la su mano ni el supie ¶ (45). Hæc eadem ex Gen 42 N. 6. ad verbum mutuata sunt.

XII. ¶ (46) Hæc itidem suppleta prioribus litteris fundius avulsis, necnon quę postea sequuntur à populo usque ad populum, sententiâ ita exposcente. ¶ (47) Auscultatio id est obedientia: Loquere Domine quia audit servus tuus, id est quia promtus est ad obediendum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quæ ad dextram Aræ maximæ ἀτεφαλὸς

I. .... eos ad educendum. et exipuit eos in diebus angustiarum et à die migrationis nostræ non pervenit ad exaltationes eius (2) unus ex omnibus filijs Israel.

I. ... planities gaudium Tuum quam excogitavit atque animo præcepit vir magnus beneficus uis-tus Princeps Principum Levitarum

III. ... (4) in diem conflictus erit et umbra mortis inambulans et tabes diffusa et vivida et tumultus Et rebellio consistere faciens

IIII ... (5) Qualis ea in diebus prioribus et in annis antiquis non dies, quoniam (6) declinavit a dando Dominus vixum.

V. ... Et exaltavit et adauxit et magnificavit super omne robur eorum (7) ad edificandam domum laudis Domini Dei Israel

VI. ... Et cepit ædificare domum istam et habitationem habitanti domum et perfecit eam in anno (8) decimo septimo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

I. ... (¶) Eos ad educendum &c. Hæc et quæ proximè sequuntur usque ad ℵ. et à die migrationis exesa et pene obducta sunt, ut ne literæ quidem internosci valeant: quamobrem si quis aliter senserit nihil moxabor.

¶ (2) Samuelis, ut sensus sit à die migrationis filiorum Israel, nullum eo dignitatis ac fastigij perveniße.

II. ¶ (3) planities item arbor אֵילָן: Hæc quoque fugientibus literis imo penitus exesis usque ad ℵ. magnus &c. reliqua autem plana sunt.

III: ¶ (4) Tota hæc linea quanta est eodem obscuritatis vitio laborat.

IV. ¶ (5) Hæc ex Malach 3. ℵ. 4. desumta sunt. ibi sicut dies sæculi et anni antiqui. ¶ (6) Declinavit ut daret.

V. ¶ (7) Hæc totidem verbis ex 3. Reg. 8. ℵ. 17. et 20. vel ex 2. Par. 6 ℵ. 8. desumpta sunt.

VI. ¶ (8) In anno decimo septimo hoc modo טוּב Tub. Literis videlicet Hebraicis numerorum vicem explentibus ut apud Græcos et Latinos, sed quarum singulis supernè apex inscribitur ad numeri notam designandam: aliàs enim טוֹב simpliciter bonum, seu bonitatem letitiam sonat, quod etipsum non alienum ab auctoris mente censendum. Solent etenim Hebræi in designandis annis nedum eorum numerum Literis exprimere, sed eas ulteriùs eo ordine digerere ut vocem conficiant proposito suo congruentem ut in presentia factum arbitror. Eo autem intuitu significant absolutum templi opus fuisse in anno טוּב Tub id est bono, seu bonitatis aut lętitiæ. Verum quia alio respectu ut diximus numerum complent 17 hoc pacto ut priòr ט teth novem, media ו vau sex postrema ב beth duo, quin alicuius earum præpositu aut postpositu numerum augeat vel diminuat contra quam in numeralibus Latinorum literis accidit, et in hijs quod nostrates vernaculo sermone quarismos, Græci autem totidem fere literis ἀριθμοὺς vocant hujus rei scilicet anni decimi septimi investigatio, dum eam ἐποχὴν ad Regii Petri tempora id est salutis ann. 1350. ad 1369. referre conamur, idque inxta supputationes Hebræorum mirè nos exercuit et post multa devorata tædia perijt tandem labor inanius anni. Etenim si anno decimo septimo à mundi exordio quinquies mille annos addimus, perinde acsi nos Christiani diceremus el año de 752 suppresso millenario, quod supputationis genus paxum ab Hebræis dicitur eisque usitatissimum est, eumque numerum cum Era salutis nostræ componere volumus incidimus in annum Christi 1257. id est in Alfonsi Sa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

VII... In principio creavit Deus (9). Voces, et exultationes magnas ad beatificandum aduitorium (10) eius, et tibijs canendum.

VIII... Magnificavit gloriam domus istius (11). Non viderunt qualem illam oculi, et non audierunt aures. Nonne et quoniam domus.

VIIII..... domum (13) Sæculorum (14) ut ster ad ministrandum in nomine Domini ipse & filij eius omnibus diebus. Et facies cum co=
X fatra una linea

XI... eius Super domum istam (15) erunt oculi Tui aperti et aures tuę intentæ ad (16) audiendum clamorem.

XII... tibi. inveniet gratiam in oculis tuis ad ędificandum Sanctuarium Leoni Dei et ad Salvandum Juda et Israel. Et venit (17) Sioni Redemptor

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sapientis tempora, si autem annum XVII Regni Petri incuius videlicet obsequium designare volumus: manifeste convincimur: quo enim tempore Templum exectum fuit Samuel Levites in viris erat et eximia apud Regem Petrum auctoritate valebat ut ex epigrammatis liquet: is autem Samuel anno Regni Petri XI. aut XV. extinctus fuit. Alias etiam nostras de hac re coniecturas attingere prolixum foret quas tamen Amstelodamensibus Judgis examinandas permisimus, si quid in hac parte iuvare nos possunt; neque interea Cabalistarum ineptijs pepercimus et scribendi genera quibus Hebræi arcana sua exprimere solent Silicet אתבח athbach אלבם albam et אתבש athbax, unde nihil nobis præsidij: Cum autem quæ in sequenti linea conspicua sint verba quibus Moyses librum Geneseos exorditur בראשית ברא אלהים id est in principio creavit Deus, In mentem venit num annus ille 17. a Libri Geneseos confectione id est a Moysis temporibus auspicandus sit?

VII. קלותוח voces pro קלות inciforis fortasis lapsu, quem tamen elegantiæ Epigrammatis patientes emendare noluerunt

(ת 10) seu Atrium, qui locus dicebatur adiutorij

VIII. ת(11) ex 3. Reg. 7. V..

IX. ת(12) Implebit eam.

X. ת(13) ביחעילם Beith tholamin, de hac templi appellatione eiusque nominis ratione prolixe diximus in § 3. (ת 14) Locus integer totidem verbis desumptus ex Deuteron. 18. V. 5.

XI. ת(15) Desumpta hæc sunt ex 2. Paralip 6. V. 20 ת(16) Hæc item ex 3. Reg 8 V. 28.

XII. ת(17) Et venit Tsioni Redemptor ex Isaiæ 59. V. 20. ad literam.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA PUBLICA
TOLEDO
DE

Misericordiæ Domini et mercedes eius largiter et munifice retribuentes nobis atque in id intenti
ut nostrum augeat robur et pauperes suos sublevet suscitans ex genere nostro Judices et Principes Viros qui Populum
suum liberent è manu inimicorum atque imminentium cervicibus eius, quo tempore non erat Rex in Israel. Non dis-
tulit mittere qui nos redimeret. Hæc ipsius pietas in nos, atque hoc asylum quale non fuerat in Israel à die migra-
tionis filiorum eius. A servitute assumpsit et segregavit ex optimatibus Terræ Principes, et Primores eius,
ex his qui conspicui erant in concione Populi frequentissima, ut stabiliant principatum, et excellentiam eius in
laudem, gloriam et ornamentum nominis sui. Novum id est in Israel, ex quo excellens cepit super terram,
et Regibus assidere atque in conspectu eorum versari. Statuit apud se munum se opponere pro domo Israel
atque eius fissuram explere, ac sollicitare bona populo suo, Princeps scilicet transmigrationis Populi, Ducum
præstantissimus, gloria, decus, stabilimentum, et honorificentia Judæorum. Ad eum venient Nationes
è plagis Orbis remotissimis, ut sedes sub Imperio suo collocent, et collabentis muri fissuram macerià ob-
ducant. Hic dominator super terram. Arborem plantavit, eamque muro circumdedit in robur. Sug-
gestum instruxit ut ascenderet in eum. Princeps ad annuntiandam ipsius laudem. Magnificus et
sanctus prædicabitur locus iste. Columnæ item binæ dextera scilicet quæ quondam Domui Levitarum,
et sinistra quæ Domui Israel attributa fuit, dispositæ quoque sunt in eo. Quis autem compar sit
enumerandis laudibus, ac dimensionibus ædificij, cæterisque operibus eius? Quis ve absolvere potuit
aut saltem pertingere ad complenda eloquia eius? Diadema Principatus eius pretiosum ac plenum
majestate. Principium obtinens Ordinis Archileviticæ est Samuel Vir excellentissimus cui Dominus exal-
tando et magnificando ingruens adsit. Gratiosus inventus est apud Regem maximum, virum bello et
pace validissimum. Exiit tenor eius super omnes populos. Magnum nomen eius in gentibus. Repu-
gium nostrum et Dominum nostrum REGEM DOMINVM PETRVM cui Dominus opem ferat,
et augeat robur eius et majestatem eius et custodiat eum in gubernatione populi sui. Audivit eum
Dominus in Regem et exaltavit eum at thronum eius excellere fecit super thronum omnium Prin-
cipum qui ipsum conturbare volebant, aut adversus eum consilia moliebantur. Præterea dedit in
manu eius quæcumque in desiderio cordis eius. Absque eius nutu non audebit quisquam movere
manum suam aut pedem suum. Et convertent se ad illum facies optimatum, et glorificabunt eum,
ut sit eius fortitudo, et robur. In omni terra à Populo usque ad Populum obedietur ei, et exiet in om-
nibus Regnis fama eius, quod fuit Israelis Salvator.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA PÚBLICA
DE
TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quæ ad dexteram ἀκεφαλὸς

..... eos ad eduendum et eripuit eos intempore tribu-
lationis. A die exilij nostri nullus omninò ex filijs Israel peruenit ad fastigium dignitatis ad quod
Samuel euectus est. ..... planitiei templi hilaxi-
tas tua, quam animo meditatus est. Vix magnus misericors iustus primus seu summus inter
Leuitas ..... in eum diem conflictus
fuit et umbra mortis super nos ambulans plagaque diffusa et sæua, nec non tumultu et seditio
opprimens nos, et in sedibus nostris considere nos faciens .....
..... Non fuit qualis ea in diebus priscis neque in annis præteritis.
Quia inclinauit tandem Dominus ut daret nobis Vitium .....
et exaltari et collegit ac magnificauit super omnes potentiam eorum ut ædificarent domum laudis
nomini Domini Israel ..... et cepit ædificare Domum
hanc atque locum habitationis intra eam, et perfecit eam in anno decimo septimo seu in an-
no hilaritatis et letitiæ ..... In principio <u>creá</u>
<u>uit Deus</u> voces et Iubilationes ut extollerent adiutorium eius et tibijs canerent .....
..... magnificauit gloriam eius cui nullam similem aut vide-
runt oculi, aut alibi fusse audierunt aures. Numquid autem et quia domus .....
..... Misericordias tuas. Dedico momentum sub imperio tuo im-
plorit atque ambiet eam et eliget eam sibi Dominus in lætitiam ritorum tuorum
Domum seculorum ut stet et ministret nomini Domini ipsi et filij eius in sempiternum, et
faciet cum eo ..... super domum
hanc. Sint oculi tui aperti, atque intenta aures ut audias preconium .....
..... et inuenient gratiam in conspectu tuo ad ædificandum sanctuarium Leoni
Dei et ut salvum faciant Iudà et Israel, et veniet Sioni Redemptor.

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tribulationis. A die exilij nostri nullus omnino ex filijs Israël pervêniet ad fastigium dignitatis ad quod Samuel erectus est. Cos ad educendum & eripuit eos intempore planities hilaritas tua, quam animo meditatus est vix magnus, misericors, iustus, primarius seu supremus omnium Levitarum fuit, et umbra mortis, super nos iambu lans plagaque diffusa et sæva, necnon tumultus et seditio opprimens nos, atque domibus nostris continere nos faciens. Non fuit qualis ea in diebus primis, neque in annis antiquis, quia inclinavit tandem Dominus ut daret nobis Virum. e exaltavit, & collegit ac magnifica vit super omnia potentiam eorum, ut ædificarent Domum laudis nomini Domini Dei Israël. habitationis in ea. Et perfecit eam in anno decimo septimo (seu in anno felicitatis, ac lætitiæ). & cepit ædificare Domum hanc, et locum In principio creavit Dominus. Voces et iubilationes ut extollant adiutorium eius & tibijs canant magnificavit gloriam eius, cui nullam similem aut viderunt oculi, aut usquam locorum fuisse audierunt aures. tuas Nunquid autem & quia Domus misericordias tuas. Idcirco nomen tuum atque Maiestas tua implebit, et ambiet eam. Et eliget eam sibi Dominus in lætitiam * super Domum hanc. Sint ocu rivorum taorum. li tui aperti, atque intentæ aures ut audias præconium et invenerunt gratiam in conspectu tuo ad ædificandum Sanctuarium Populo Dei, et ad sal vum faciendum Iuda, & Israël, & venit Sioni Redemptor.

* falta una linea: domus sæculorum ut stet & ministret nomini Domini ipse & filij eius omnibus diebus; & facies cum eo.

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

injuria, opportunius solum obtigit sed humectans et nitrosum cuius vitium male laceras ac deformatas reddidit bona litterarum parte fundiùs absumta.

Neque ijs tantùm cum illo quem intrâ se alebant hoste confligendum: accesit externa vis. Cum etenim antè paucos annos ædes poliendæ ac dealbandæ rudi operario ac planè caudici committerentur is ut cumque conspicuas et nonnihil prominentes litteras crassissima calce obduxit, et tantum non axeæ superficiei coæquavit, caustam insuper gyp-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gypseam muro malè cohœrentem in
qua dimidia ferè alterius epigrammatis
pars continebatur stirpitus avulsit, im-
medicabili planè vulnere.
Quæ quamquam impeditissimam
lectionem atque interpretationem red-
derent, stimulos que quibus in id operis
incitabar magnopere contunderent et
hebetarent: placuit nihilominùs exe-
sas ac penè obductas litteras singula-
tim exuere admoto unicuique carum
scalpello quod vacuam excavaret axe-
am, intactis prorsùs quæ supererant
lineamentorum umbris. Id autem non
eo consilio factum, ut morbo quo iam
(tùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tùm Epigrammata laborabant medici-
nam ullo pacto fieri posse putarem:
sed quò superstiti non contemnendi
Hispaniensium Hebræorum monumen-
ti pars propediem interituræ aut sal-
tem in peius mutatæ hoc saltem mo-
do consuleretur. Eas itaque primum
prout iacent in adversaria nostra re-
latas deinde vero multiplici coniec-
tura suppletas et forsam aliquibus in
locis restitutas litterarum Hebraïca-
rum amatoribus examinandas propo-
nimus.

(c) 2012 Ministerio de Cultura

Atque hæc quidem è penu
nostra. Sicui autem ex domestici
Fidei, maxime vero ex Hispanis
nostris ea obtigerit gloria ut aptio-
rem seu uberiorem inde sententiam
eliciat, nullam is profecto invidiam,
imo maximam à me gratiam inibit.
Gaudeat, triumphet, ac Phylida solus
habeat. Mihi si obsoleta et vix ulli
ex nostratibus dicta (Famosum scien
præter-eo) Hebraicæ antiquitatis mo-
numenta ob eruditorum oculos ponere,
atque Hispanorum animis tale quid
audendi stimulos addere desupèr da-
tum fuerit satis amplam atque hones-
(ta-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tatam mexcedem pro modulo laboris ob-
tigisse arbitror.

Nunc verò, quod nihil iam in-
terioxi Domo superxit explicandum,
ad Gynaceum, seu Atrium Femina-
xum transitu facto Lectorem primùm
ad eius ichnographiam conspiciendam
mittimus in ea scilicet Charta quæ
interioris Domûs imaginem refert,
quam suprà secundo loco collocavi-
mus.

Illud autem prout adhibito cir-
cino compextum fiet septuaginta cir-
citer pedes in longum porrigitur, oc-
todecim patens, æqua fexè altitudine.

(Adiacet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Adiacet verò inpergulæ morem Me-
ridionali Templi lateri secundum il-
lius longitudinem non axiectarijs ~
trabibus solo infixis (prout Cleno-
lymitani Templi pergulas fuisse legi-
mus) sed extexioxi alio continuato mu-
xo, minus tamen crasso præut in-
texior est, asillæ instàr.

Non procul his gradibus, an-
te eam Templi faciem quæ orien-
ti Soli obversa est, atque in eo-
dem ipso in loco in quo Orientale
olim extitisse Vestibulum suspica-
tus fueram, exedram, seu si mavis
atrium, id est aperto cœlo muris
(con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

conclusam aream profanam scili-
cet Judæorum conventiculis, ac-
confabulationibus locatam fuisse
crediderim. Patens usquè locus,
atque ad ædem pertinens, bini
superstites putei quorum alter
dubio procul in Templi ditione
erat, et alia bene multa mu-
rorum fragmenta, vetus inibi
ædificium fuisse non obscurè in-
dicant, cui tamen usui attri-
buendum fuerit non perinde obvi-
um.

Verùm ut ad femina-
rum, portæ, (quæ unica loco
(est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est ab Oriente (silicet) circum-
ornatio multiplici anaglypho con-
vestitus cuius centrum à superio-
ri parte obtinent Arabicæ ses-
quipedales litteræ, et quantum
latus est pollex è plano promi-
nentes, quarum postrema super-
ties tetragrammaton DEI nomen
continent, prioribus scilicet abrasis
cis atque avulsis.

Patria verò qua à porta
ad circumornationis exteriorem
oram interiacent, flosculis ra-
misque itidem distincta, fasciâ in
limbi formam tenuis latentibus
(ambi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ambiuntur, Hebraïcis etiam lite-
xis incissâ, in quibus integer
olim versus vigessimus Capitis
XV. Exodi legebatur cum bona
sequentis parte: Verba loco con-
gruentissima hęc sunt

Et accepit Mix-iam (Maxia) Pro-
phetissa soror Aharònis tympa-
num in manu sua, et egressæ sunt
omnes mulieres post eam cum tym-
panis et Choris. Et respondit eis
Mir-iam: Cantate Domino quo-
niam magnificando magnificatus est.

Ea verò prout in Hispanica Biblio-
rum editione quę Amstelodami
(prodijt

(c) 2008 Ministerio de Cultura

prodijt Anno Mundi T. 5486.
Salutis vero T. 1726. exoletum
nostratium Hispanorum sermonem
redolentia, ac non nihil iucunditatis
allatura subnectere visum fuit.

Y tomò Mix-iam (Maxia) la
Profetissa hermana de Aaron
al adufle en su mano: y salieron
todas las mugeres empos della con
adufles y con danzas: Y cantò à
ellas Mix-iam: Cantad à Dios que
en altecéa se enalteció ¶ Cavallo y
su cavalgador echò en la mar.

Enim quia maxima eius
ornatûs pars cuius exteriorem
coram

(c) 2006 Ministerio de Cultura

oram Hebraïcas litteras occupare
divimus omnino intercidit ideo
ab eo tantum loco sententia le-
gi potest quo vigesimus versus
absolvitur scilicet

תפים ובמחולות ותען להם מרים

id est

Timpanis & choris. Et respondit
eis Mir-iám.

Desinit autem omninô in illis vex
bis

בי גאה גאה

Quoniam magnificando magnificatus est.

Cùs quoque ornatûs, ne quid lector
desideret, quod reliquum est, ut
cumque

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Lam. à nobis adumbratum scitimus.

Finem

BIBLIOTECA PUBLICA
DE
TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Porta Seminarium Ornatûs.



Fragmento del Adorno de una puerta pequeña, que està en la Iglesia de Santa Maria del Transito (de la encomienda de Calatraba) en el apartamiento para las Mugeres de la antigua Synagoga, cuyo apartamiento sirve hoy de habitacion alta al Santero de dha Iglesia, y està en la testera del dho apartamiento junto al angulo, que mira a Oriente, aunque la puerta mira acia Poniente. En el centro ~~parecen~~ hay lexos arabes, que dicen alallahi id est Domino seu Deo. Lo hebreo que queda dice como lo rayado que se sigue: Et accepit Miriam (hoc est Maria) Prophetissa soror Aharonis tympanum in manu sua, et egresse sunt omnes Mulieres post eam cum tympanis et Choris. et respondit eis Miriam Cantate Domino, quoniam magnificando magnificatus est Lo que no esta rayado es lo que (parece) falta en lo restante del adorno, que se derribo, y todo esta tomado del Cap. 15. Versic. 20. del Exodo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

Totum autem Ginęceum à superioxi muxoxum paxte que contignationi proxima est pex quatuox eius latexa cidaxis continenter ambit anaglyphis item varia, binos que pedes in latitudinem patens, eius ornamenti instar quod Hebxaei צְנֶפָה

Tsenéphah id est Circumornationem vocant nos autem mutuato abeisdem vocabulo totidem ferè litterxis Zenéfa vernaculé dicimus. Vxamque vexò ipsius oram binæ infexnę supexne que claudunt fasciæ Itebraïcis quoque Litterxis insculptæ Et continuato opexe pex quatuox

(Gyxe-

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Gynæcei muros procurrentes, malè
tamen lacera ac pluribus in locis
obducta, aut stirpitùs avulsa, in-
terdum etiam (quia ea Aditui ha-
bitatio est) Cellulis, et cœnaculis
interruptæ, prorsus ut integra
earum lectio, et interpretatio non
impedita modó sed planè desperata
sit. Nihilo tamen minus ne
in hac parte deesse officio nostro
videremur quæ hodiè in utraque
fascia supersunt litterarum He-
braïcarum vestigia diligentissimè
percurrentes in adversaria retu-
limus eorum rationem eruditis
(Lectori

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Lecoxibus redituri.

Prima ergo fascia id est superior et contigrationi propriõr ab oriental Gynæcei la tere supra portam à Psalmo centessimo trigessimo primo (Hebræis CXXXII) cuius initium

זכר יהוה לדוד

id est

Memento Domine David.

Exorsa, ad eiusdem Psalmi versum octavum ad illa usquê verba

וארון עזך

seu

Et arca fortitudinis tuæ.

(pro-

(c) 2008 Ministerio de Cultura

progrediтur, quæ tamen verba
in eum incidunt orientalis pa
rietis angulum qui Aquilonari
plagæ imminet.

Hinc autem per Aquilo-
narem Gynæcei murum, qui intexio-
xis domûs collimitus est, in occiden-
tem longissimè procurrens à versu
octavo Psalmi LXIV. (Hebræis LXV.)
cuius initium in vulgatis nostris
est Te decet hymnus Deus &c ab il-
lis verbis

והמון לאמים ויי ראו ישב׳קצות

Id est ad litteram

& Turbam gentium, & timuerunt ha-
bi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bitatores finium.

seu prout in vulgatis habetur.

Turbabuntur gentes & timuerunt, qui habitant terminos.

Denuò incipiens et ultrà versum decimum eiusdem Psalmi progressa obscurissimo et proxsus impexvio loco mergitur, nec ambigo quod cum Psalmum ad finem usque perducat.

Deindè verò illustrius in eodem muro spatium nacta ab his rursùm verbis exoriturx

יאר פניו אתנו

Do est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Illuminet facies suas nobiscum.

quæ ad versum primum Psalmi LX VI Deus misereatur Nostri *y*

omninò pertinent, planè ut reli-
quum eius versûs et Psalmi epigra-
phen in obscuro quod dicebamus
intervallo continexi vero simillimum
sit

P

Lexgit autem continenti ordine
usque ad eiusdem Psalmi versum
octavum et ibi posit illa verba

יברכנו אלהים

Id est.

Benedicat nos Deus.

(cidaris

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cidaxis integra cum utraque eius-
dem fascia omnino avulsa est nè-
dum à reliqua eius muri parte,
sed etiam ab occidentali quæ proxi
me consequitur, ut nullo pacto quid
in ijs locis contineretur intexnosci
possit.

In mexidionali autem Gynæ-
cei muro non procul ab occidentali
oxi eiusdem angulo rursum erum-
pens ab his verbis

על רבר אמת וענוה צדק

Id est.

Super verbum Veritatis & manſue-
tudinis & Iuſtitiæ.

Denuò

(c) 2006 Ministerio de Cultura

denuò incipit, quæ ad versum
quintum Psalmi Eructavit cor meum
XLIV. referenda sunt. Cum au-
tem Psalmum usque ad versum VIII.
אהבת. id est dilexisti continentex
insequuta, eo in loco cidaris lacerata,
ac proxsus intexcidit.

Postremò autem ex intex-
valo prodiens ab illis verbis

כל כבודה בת מלך

Id est ad litteram

Tota inclita filia Regis.

seu prout in vulgatis nostris

Omnis gloria eius filiæ Regis.

quæ initium versui XIV. eiusdem
Psalmi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Psalmi faciunt, usque ad illa

תשיתמו לשרים

Id est.

Pones eos Principes.

nempe ad hemistichium XVII. *conspicitur, ubi non longe ab orientali oximuxi angulo intercidit, non amplius emensura.*

Inferior autem fascia quæ subtûs cidaxim est in orientali Gynæcei muro supra eius portam ab his verbis initium ducit.

מבטח כל קצוי ארץ

Id est.

Spes omnium finium Terræ

(Quæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quæ iuxtim ad versum VI. Psalmi LXIV. referenda sunt, ut hic inferiorem de qua agimus fasciam cum superiore coniungendam putem. Pergens autem per eundem murum ad septentrionalioxem angulum in illis verbis שאון ימים

Seu

Sonum fluctuum.

ex eiusdem Psalmi versu octavo desinit.

In Aquilonaxi autem Gynœcei muxo ab angulo qui proprius Oxientem est xecta in occasum tendens ab illis oexbis oxdi-

(tua

(c) 2006 Ministerio de Cultura

oxdi tux

צדק וחס׳ד׳ך ירננו

Id est.

Iustitiam & Sancti tui exultent.

queis versui nono Psalmi Memento Domine David. C. XXXI. finis imponitur. Cum autem Psalmum continenter insequuta usque ad illa verba.

זות מנוחתי

sive

Hæc requies mea.

conspicua est, deinceps vero in obscurum labitur sicut superior altera.

Rursum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Rursum ex intervallo luci red-
dita hæc primum verba conspicien-
da exhibet.

Id est
לבי נגד אלהים אזמר
Corde meo coram Angelis canam tibi

Hæc autem Psalmi CXXXVII.
Confitebor. versum primum ex par-
te claudunt, & secundi initium con-
tinent, quo Psalmo ad finem textij
versus continenti ordine perducto
fascia intercidit non procul à mu-
ri angulo occiduo soli obversso.
In occidentali Gynæcei latere
(nihil

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nihil est profecto reliqui, quem ad-
mâdum et desuperiore fascia di-
cebamus; verum Americanâs ini-
tio sursum exumpens hæc primùm
verba spectatoribus offert

שמחה למצן ימור

Id est.

Lætitia vbi tibi canat.

Quæ finem penultimi & initium
ultimi versûs Psalmi scilicet

Exaltabo te Domine.

Inde absque intervallo Psalmum

Lætatus sum in his C. XXI. exorsa
ab eiusdem epigraphe ad primum
eius versum progreditur.

(c) 2008 Ministerio de Cultura

שמחתי באמרים לי

Id est ad litteram

Lætatus ſum in benedicentibus mihi

Cum autem Pſalmum continentem ad extremum perducens rursùm Pſalmum De Profundis. CXXIX. *incipit præpositâ eius Epigraphe, quem ad septimum usque versum continuato ordine profert atque in illis verbis.*

בי עם יהוה החסד

Id est.

Quia apud Dominum misericordia

inflexion circumornationis fascia omninò intercidit non procul ab-

(oxien-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

oxientali oxi Meridionalis muri an-
gulo. Atque his etiam universa
fasciarum ratio, & quid quid uspiam
in Gynæceo Hebraïcarum litterarum
est completus atque absolutus.

Monendus tamen est Lector
nonnullos Psalmorum quos des-
cripsimus versus ad Hebraeorum
exemplarium normam Latinitate do-
natos fuisse: nè cui Hebraïcæ
phraseos insolentia, & in plexis q.
locis sensus malè cum vulgatis
nostris cohærens scrupulum mo-
veant.

Verum ut ad propositum
(redea-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

xedeamus, Templi, id est Domûs in-
teriores muros Meridionali plagæ
extrinsecùs obversus (quod est eiusdem
& Gynæcei collimitium) quinis fe-
nestris finditur: pex amplis illis qui-
dem et planè Tois Caλλιxois, muri
scilicet exactitudine Gynæcei pavi-
mento coæquatâ. Eas verò nulla te-
mûs in Templum projectas fuisse
exediderim mœniani aut suggrun-
darum more sed interiori muri su-
perficiei omninò æquales nè vide-
licet aut ædium elegantiæ, aut
exornamenti et binarum, quas divi-
mus in Templo fascias prospectui
(office-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

officerent., Nostrates eas Tribunas
vernaculo sermone dicunt, quæ tamen
hodie ab interioris Templi facie ob-
ductæ sunt, et nisi à Gynæceo mi-
nimè conspicuæ.

Ex eas autem fœminis quæ-
in Templo gerebantur observare li-
berum erat: nè tamen et ipsæ vi-
cissim à viris spectarentur, quod loci
ratio et sexûs verecundia exposcere
omnino videbantur, lignei interceden-
tis asseculi, decussatim transversi,
atque alius alij impositi vacuo duo-
rum aut trium pollicum intervallo
relicto prohibebant, quales in pri-
(vatis

(c) 2008 Ministerio de Cultura

privatis ædibus, maxime verò in Virginum Cœnobijs passim videmus, et congruenti vocabulo, atque ex re indito (elosias vernaculo sermone dicimus. Puto autem eos qui hodiedùm supra Sanctum Sanctorum (id est in Ecclesiæ Christianæ Choro) in craticulæ modum contexti conspiciuntur, pex vetusti quidem & universo operi coævi, Gynœcei pridem fenestris attributos cum usum olim præbuisse. Sunt autem (ut nè minutissima præteream) foraminibus Octogonis: etenim a sex cuspidum intervalla, quæ quadrangulare spatium reliquerant (singulis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

singulis item angulis in una qua-
que aſcxculi facie reſciſſa atque
reducta è quadratis octogona illa
reddunt et ſtellarum ſpeciem xefe-
rentia.

Atque hæc de totius Xe-
braïci Toletani Templi ſtructura ſe-
cundùm ea que usquè ſupexſunt
eiusdem vestigia & cuxtæ mea
ſupellectilis modum cextò, aut saltem
non improbabilex affimaxe potui:
nam quæ in inferioxi pavimento sub-
tùs Gineœceum cellulis, ac cœnaculis
recenti opexe distinctis nectunx quæ
xecùs oxientale atxium et ad Aqui-

(lonare

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Aquilonare Templi vestibulum ædificiorum vestigia conspiciuntur cui certo usui initio fuerint attributa, divinare potiùs aut conjicere, quàm assequi liberum est.

§. III.

Unum de quo egimus Templi nomine à Judæis honestatum: quæ antè id tempus fuerint Synedria dicta.

PROBLEMA nostrum cuivis illico bimembre videbitur & est profectò sed eius generis quod Græci

Τὸ

τὸ ἀμφιπρεμασὸν id est in utramque
partem propendens vocant, seu
duarum lancium quarum si
alteram depresseris, altera conti-
nuò attollitur. Si enim, quas
supra descripsimus ædes ab He-
bræis Templi nomine honestatas
fuisse ostenderimus, argumento
à connexis ducto conventûs eo
tempore reliquos seu loca com-
munibus Hebræorum sacris at-
tributa Synedria seu Sinagogas
appellandas simul evincemus: nam
in una Tribuum, in uno tantum
loco eoque quem elegisset Deus
(ut po-

(c) 2008 Ministerio de Cultura

ut ponexet nomen suum ibi, et ha-
bitaxet in eo hostias offerendas
ac sollemnia Sacrificiorum pera-
genda Deutexonomij locus ex capite
XII. luculentex ostendit.

Binas igitux ædes seu bi-
na Templa simul instructa et fre-
quentata habexe Iudæis piaculaxe
est quod etiam pexpetua Templi vo-
cis usurpatio in singulaxi numexo eum
de unius veri Dei cultu agitux nè-
dum in Hebraïcis sed et in vulgatis
Bibliorum Codicibus apexte indicant.
Oportebat insuper (quæ pex allegoxiam
dicta sunt) unicum illud Templum
fuisse

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fuisse quod uni Deo consecratum,
unam Sanctam Catholicam & A-
postolicam Ecclesiam, cuius typus,
atque exemplar erat præfiguraret.
Hoc uno argumento eorum
corruit coniectura queis persuasum
est ædes dequibus egimus alterius
Hebræorum Templi in ea Beatiss-
mæ Mariæ Virginis Ecclesia
quam Blancham vernaculo ser-
mone cognominant priscis Tempo-
ribus ab Hebræis in ædificati sub-
sidiarias fuisse, priori Templo sci-
licet eius gentis multitudinem ca-
pere non valente; atque cum
(utro-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

utrobique frequens Iudæorum popu-
lus religionis causâ conveniſset,
prius illud à Divo Vincencio Fer-
rario purgatum fuiſſe eius que cultio-
res ad veræ pietatis cultum traduc-
tos: altum interea ipsis silentibus
de recentioris Templi expiatione: qua-
si verò aut Deus acceptor personа-
rum fuiſset, aut eximius ille Divini
verbi prædicator, & tpostolicum prædica-
tionis negotium in alterius tantùm
è duobus Hebræorum Templis ad
Christianam fidem traductione con-
fectum putâſſet.

Iam verò ædes de quibus e-
gimus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cgimus proprio ac peculiari Templi
nomine ab Hebræis hõnestatas
id unum nobis ostendendum restat.
Verùm quia nec si eo pervenerimus
protinùs sequitur nullum usque ad
earum extructionem Idoli Templum
Iudæorum fuisse, sed tantùm à tem-
pore quo demum illæ ex ædificatæ
sunt: id eo nullum uspiàm tem-
porum præsertìm verò post Orbem
Sarracenis ereptam in ea Templum
Hebraïci ritûs extitisse probandum
est. Templum autem cum dicimus
domus Deo sacram eiusque nomini
inscriptam atque initiatam eaque
(appel-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

appellatione dignam significamus,
ac Theatro limitari templi, qualis
nostra est, æmulam: nam Synedria
seu Sinagogas Hebræorum nèdum
Toleti sed ubivis per Hispaniam
reperiri extra disputationis est ale-
am.

Rationum momenta quibus
in hanc sententiam propendeo ex
ipsis quidem Hebræorum quæ mo-
do descripsimus testimonijs desum-
ta, magis nè cui hoc temerè dictum
videatur, quam aliquo contendendi
studio æquis harum rerum æstima-
toribus diiudicanda proponam.

Primum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Primum igitur ex eo est, quod
in binis arcolis quas Hebraïcis
versibus inscriptas Latio donavimus
earum Auctor Hebræis (S.t) suæ gen-
tis ac Religionis hominibus atque
ei quod pridem Foleti fuisset Sy-
nedrio frequentissimè interesse solitis,
novum et planè mirandum spec-
taculum proposuit id est quale nus-
quam ipsi vidissent, aut à maiori-
bus visum accepissent: eos insu-
per nè dum loci religione sed et
operis majestate perculsos atque
in stuporem actos alloquens, ad
universam Templi ac singularum
(cius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cius partium, necnon ad vasorum candelabrorum et reliquæ sacræ supellectilis contemplationem invitat, atque attonitos excitat, adjiciens postquam omnia rimati fuerint penè dictum Similitudinem eam esse Similitudinē id est similimum (hac enim Hebræi repetitione superlativum quo caxent offeruntOpus ei quod Salomon fecerat in Tsal-el hoc et in Hierusalem Hæc verò quamquam exaggerationem continere et planè ὑπερβολικῶς prolata crediderint, minus tamen congruè & prorsus inepte di-

(ci

dici genti talibus spectaculis assue-
tissimæ facilè quivis videxit.

Secundum exeo, quod idem
Hebræus (seu quisquis maximo-
rum quæ subtùs axestas conspi-
ciuntur Epigxammatum auctor
fuerit) oppressos atque afflictos ad
eam diem Hebræos asserit, id
est quo àd Templum ædificatum
atque initiatum fuit, nec qualis
illa talem aliam uspiam vixexis-
se in Israel à captivitate: Sa-
muelem item illum cuius aus-
picijs & impensâ Templum exec-
tum fuit gxatiam invenisse tan-
tem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tandem ait in oculis Regis ad
tantam tamque à Iudæis expeti-
tam rem conficiendam, cum prop-
texea Hebraicæ gentis Redemp-
torem cœlitùs missum pronuntians,
qui collabentis muri ruinam fulci-
ret, prorsus ut illum Cœlo suo in-
ferre videatur.

Hæc autem & alia bene
multa quæ insolitam Regis erga
Iudæos indulgentiam gratum que
vicissim eorum in Regem animum
& ad quævis officia paratissimum
arguunt ex parte falsa erant, &
invigni patitur ac sine exemplo

(colla-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

collato beneficio, quam vulgari alicui ac tuto cuiusque memoria frequens anteà fuisset convenire certissimum est.

Textum quia eadem Tolletano Hebræorum Templo in ijs quæ diximus Epigrammatis attributa nomina observavimus quibus olim Hierosolymitanum Patriarcharum, ac Prophetarum vaticinijs honestatum, aut posterioribus deinceps sæculis appellatum legimus, nempè Beth-el seu Domus Dei Tsal-el seu umbra Dei, Ariel seu Leo fortis aut etiam Leo Dei, Bethbolam id est Domus

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Hæc autem nomina quamvis non omnia ab Historica profecta sint, non tamen ideo fortuito à Poëta Templo indita credenda sunt, vel quo metri hiatum implere Epigrammati temere assuta; sed potius quod ea Templi structuræ atque operis elegantiæ quodammodo convenire videxit.

Rura verò omnium quæ diximus Templi appellationum ratio apud Hebræos constat è sacris potissimùm Bibliorum fontibus hausta, ea quam postremo

(omnium

(c) 2006 Ministerio de Cultura

omnium loco retulimus, nempè
Beth-bolamim seu Domus Seculorum tan-
tisper nos morabitur donec eius no-
minis imponendi causam (quæ
fortassis proposito nostro fauet) pau
lò accuratius investigamus. Et
quidem si Iosepho Hispaniensi Iu
dæo crédimus ℣ (quem eum esse
puto qui sub initium XV. Salutis
Seculi Venetijs, et Lublini in Po-
lonia maxima doctrinæ laude flo-
ruit Albo cognominatus) ex plurium
Rabbinorum sententia, ea Salomo-
nico Templo appellatio indita
quod in illo firmum fixumque fu-
℣ Super Isaïam VI. VI. turum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

futurum esset Tabernaculi Domi-

cilium, quale nec in Gilgal, nec

in silo, neque uspiam alias Ar-

ca foederis habuisset. Nam ad

eam diem, qua Davidi regno

iam firmato Hierosolimorum urbs

delecta est ubi arcæ sedes locaretur,

illam aut in Tentorijs habitam, aut

privatis hospitijs, imò et precarijs u-

sam legimus.

Hanc nos quoque nominis

Toletano Templo ut vidimus attributi

rationem sicequi volumus, neque gra-

tis concessam gratis affirmare, loco

à coniugatis ducto assexere etiam de-

bemus

Aedificans ædificavi domum in habitaculum tuum firmissimum solium tuum in sempiternum

3. Reg. 8. 13. Hebraicus textus לשבתך עולמים lexibtecha holamim. Pagn. habitaculum in seculum seu ut habites: Hispan. versio Amstelodam: Assiento para tu estar eternidades. quod idem valet ac para tu estancia: nam illud tu non primitivum, sed possessivum est: non enim dicit para estar tu, sed para tu estar, quæ valde diversa sunt. et estar vicem gerit nominis.

§. Item 3. Reg. 9. 3. Domum quam ædificasti ad ponendum nomen meum ibi usque in seculum.

§. 2. Paral. 6 V. 2 ומקום לשבתך עולמים Umakom lexibthecha holamim. id est locum habitationis tuæ in secula ומכון id est locum paratum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Debemus Mosaicæ Legis exemplar,
arcæ, Candelabri que simulacra reli-
quam que sacram supellectilem quæ
usque Iudæis Toletanis in usu fue-
xit; donec Templum de quo egimus,
(Domus scilicet apud ipsos futura sæ-
culorum) & condecens Arcæ locus
absolutus & initiatus fuerit: vel in
edium privatarum hospitijs tanti-
per repositam, vel in sacro commu-
ni loco quem Hebræi Tumultuario
opere Tempori inservientes erexerint,
quique ob angustiam aut aliam cau-
sam impar eis videretur sustinendæ
Divinæ Domûs Majestati, nec pla-
(nè

(c) 2015 Ministerio de Cultura

planè dignus qui augusta Templi
appelatione censeretur.

Nec quem moveat tan lon-
go Seculorum tractu Hebræam
gentem mortalium religiosissimam
communi caruisse loco, quo religionis
causâ convenirent, legem saltem, quę
Apostolorum tempore in Synedriis
per omnes Sabbatum legebatur au
diturì: nam nèc prorsùs caruerunt,
ut modò dicebamus, quamquam non
sub augusta Templi appellatione:
Hdalîas Hebræos olim postqu
am interram Chanaan à Moyse
deducti fuerunt atque in ea fortu-
(nas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fortunas suas collocârunt, hos in-
quam Hebræos, id est eiusdem
vitæ ac religionis viros cum His-
paniensibus de quibus agimus, in
pace et otio, opibus præterea afflu-
tiores totos CCCC.XL. annos Templo
quoque caruisse legimus, atque Ex-
cam fœderis eo tempore in Tentorijs
habitam, aut in privatis et tantùm
non meritorijs ædibus exceptam.
Neque enim ante CCCC.LXXX. annos
ab exitu Israelis de Ægipto Salo-
monis Templum ædificari ceptum
est, è quo numero si unum & quadra-
ginta detrahas quibus in deserto va-
gantes

(c) 2010 Ministerio de Cultura

vagantes exraverunt, ij quos dicebamus. CCCC.XL. supererunt.

Quod autem Toletanarum rerum Scriptores à maioribus constanter acceptum tradunt pulsos scilicet à Divo Vincentio Ferraxio Iudæos qui ad Sanctam Mariam Blancham in eorum Templo frequentes convenerant, præterquam quod ex ijs quæ diximus liquet non tanti esse, commoddm illam interpretationem accipit videcamus, vel locum in quem Hebreæ religionis caussâ confluxerant, proximè easdem ædes fuisse, totique illi Vrbis regioni ab eo Beatis

Beatissimæ Virginis Templo Sanc-
tæ Mariæ Blanchæ cognomen inditum,
vel si mavis ædes illas, quæ remo-
tissimæ vetustatis speciem referunt
Toleto oppressa à Christianis deser-
tas atque ab Hebræis occupatas
Iudaica superstitione polluendas. Sa-
ne vero ut id Templum ab He-
bræis primitus erectum credam
qui nonnullas eius gentis Syna-
gogas præsens intuitus sum atq.
oculis contemplatus, quantum ovum
ovo est Toletano Hebræorum Tem-
plo similimas, nullâ unquam
ratione adduci potero. Ipsa si Cœ-

(texa

(c) 2009 Ministerio de Cultura

cætera desint, ædium structura
Christiani vero ritûs ostendit: ipsa
vero prodit, atque eo quamvis lace-
ro habitu fidelium spectatorum
oculis insinuat. Templum est enim
Græcæ architectonices (alij Gothi-
co-germanicam appellant) quæ
priscis Ecclesiæ sæculis in Ita-
liam delata, inde ad nos derivata
fuit texnâ scilicet lateritiarum
pilarum sexie præter-muros, qui-
nis infernè axeis, totidem contigna-
tionibus constans, media sublimi-
ore ad Aquilonarem & Austrum
divergente reliquis ad utrumque
(prioris

(c) 2006 Ministerio de Cultura

prioris latus secundum Templi longitudinem collocatis, & prout magis ab ea dissident de præcipuibus in axillarum morem, prorsus ut ædificium eius omninò generis sit quod Græci Τετράπτερον vocant, id | τετράπτερον est quaternis alis constans, quale præter unum Templum Orbis maximum ac celebratissimum, aliud Templi frustrà quæras.

Ubi autem apud Auctores nostros (nam Hebræorum testimonium in hac parte suspectissimum est) legendo offendimus Idæorum Templum, quod tamen est

Cinxe-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

insequens eam vocem minime cap-
tantes pro Synedrijs aut Sinago-
gis accipiemus, quod et ista Sem-
ploxum speciem referant & sacris
usibus quodammodo attributa sint
סנהדרין Sanhedrin autem, seu
ut Græci eam vocem efferunt συνέ-
δριον hoc est Synedrium, non Iu-
daeorum Templum prout quibusdam
persuasum est, sed Senatus Collegium
sonat Latinè scilicet redditum Συνα-
γωγὴ verò quam Latini, ac nostra-
tes Sinagogadicunt Congregatio cœtus
interpretatur; Nec vernacula vox
Alyáma (seu potius Albama, b scili-
(cet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

scilicet littera paulò densius aspira-
tâ pro ut Boeticis nostris immore-
est) quam ad Templa Iudæorum de-
signanda passim usurpari video,
sacras ædes aliquas aut Templum,
sive ædificium exsua vide licet
in institutione significat sed potiùs
congregationem aut Populum: est
etenim ea vox originis planè He-
braicæ, aut si mavis Arabicæ quod
eòdem redit: עם Ham siquidem He-
bræis idem quod Latinis Populus va-
let, cui præpositus Al. Arabum ar-
ticulus vocem complet, nec tamen
nativam eius significationem im-
(mutat.

(c) 2008 Ministerio de Cultura

immutat. Orbis autem Iabetanæ
tractus (quod suo loco exciderat)
ad hæc usque tempora Alcanà dictus
in Emporij aut mercatus usurpatione
Arabibus nè an potiùs Hebræis
nomen debeat, non est hactenus ex
ploratum: etenim utrisque
Kanáh. seu قنا Kanà comparavit, pos-
sedit emit Latinè scilicet redditum
interpretatur.

BIBLIOTECA PÚBLICA
DE
TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Appendix.

Paxexgi loco adnectere visum fuit monumentum Hebraicum dimidiâ fexe paxte mutilum, quod hactenùs foxte in obscuratum Toleti se repexisse Cl. Franciscus Salomaxius sepulchrorum antiquorum ruderum indagatox pex dibigens. Id autem in fronte aedium quas Toletani El Corral de D. Diego vernaculo sermone vocant ad sensus exiter à solo pedes domûs atrium ingressuris ad lxvam occurrit.

(c) 2008 Ministerio de Cultura

יוסף אמן אוה נפשר
ולבנין להורות נולך
ויצא בשלום

Quod sic Latinè interpretandum cen-
seo —.

Ioseph fidelis desiderans defunctus
(est) Et ante facies eius ad prænuntiandum
missus. Et migravit in pace.
Videtur autem Hebræi sepulchrum
ese, qui decedens ante Patrem suum
Ioseph ab eo præmissus dicitur ad ma-
nes scilicet ad significandum ipsum
quoque Patrem propediem eòdem pe-
ventrum, id est mœrore ac filij desi-
derio brevi conficiendum. Defuncti no-
men

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nomen penitùs intercidit, religio
non obscurè indicatur in verbo de
siderans, seu expectans Abrahę
promissionem vilicet. Respexisse au-
tem pro Hebræorum more videtur
Epitaphij ad Genes. 46. V. 28. ubi Ia-
cob Iudam filium ad patrem suum
Ioseph præmisisse dicitur ut patris ad-
ventum prænuntiaret, pulchrâ sanè
allusione & inscriptionis sententiæ
cohærente, qua nullam hactenùs ex-
primendo scilicet intimo patris dolori,
significationem vidi. Si vero propria
virorum nomina conjecturâ supplevi
possent hoc modo avulsam epitaphij
(par-

(c) 2008 Ministerio de Cultura

patrem restituere tentarem.

Iacob (e.g.) filius Ioseph verus Israelita defunctus.

Ante Patrem suum, ab eo præmissus est ut nuntiaret.

Ipsum quoque brevi eodem perventurum.

Migravit autem in pace.

FIN

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TOLEDO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Pared de Cierzo por fuera. Y loque contienen las otras paredes del Templo grande, ô de los hombres.

Letreros Hebreos que estàn en la pared dela Sinagoga (hoy Templo de Ntra Señora del Transito) dela Ciudad de Toledo, que por fuera mira à Norte, y por dentro àmedio dia.

Primera linea de sobre la Ceneja. esto es la de encima delas dos q. estàn de relieve de yeso

